Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

7684.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Db. 63

Libellus rarus.

Bauer T. IV. p. 28.

~~Glauw~~
~~B 44~~

KW 235
F 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

PRIMA SCALIGERANA.

EDITIO ALTERA
priore emendatior.

Steph. Morin.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

ULTRAJECTI,
Apud PETRUM ELZEVIRIUM.

CIƆ IƆC LXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

AD
BIBLIOTHECAM
PRINCIPALEM
ARAVSIO-NASSAVIENSEM
DILLENBVRGICAM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

LECTORI TYPOGRAPHUS.

Sequentem Epiſtolam qui nuper ad me dedit, Præfationis Autor Scaligeranis anno 1667. *præfixæ, tecum Lector, communicari juſsit. Vide ſi vacat, ſin minus, Vale.*

Reddita mihi ſunt prima Scaligerana à te miſſa, cum præfatione *Tan. Fabri*, quibus *adjuncta & altera Scaligerana cum Notis*. Iſtas avidè ſine mora perlegi; ac ne ingrati animi vitio laborare tibi videar, ecce palam agnoſco beneficium acceptum, à *quodam V. D.* (hoc eſt ni fallor viro Docto) *anonymo*, ſic enim illum libri titulus deſignat. Nimirum nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

docuit in Notulis quæ ad voluminis calcem, vocem Gallicam *Savoye* (in his paginæ 184 *M. Pithou mon oncle de Savoye*) non Allobrogum ſedem eſſe, quo ſenſu vulgò uſurpatur; ſed fundum neſcio quem *in Campania* noſtra (*en Champagne*) cujus dominus erat Petrus Pithæus, unde illi domeſticum cognomen, *de Savoye.* Hoc à me ignoratum ingenuè fateor, ideóque Præfationis locum, quem vir Doctus cenſoriâ virgulâ notavit, ſic reſtitui cupio, ut Vaſſanorum avunculus illic memoratus non *in Sabaudia* fuiſſe intelligatur, quomodo perperam à me redditum eſt, ſed *à Sabaudia* hoc eſt *Sabaudiæ dominus* dicatur. Verùm levis hic lapſus tanti non erat; ut noſtra præfatio unâ liturâ tota

deleretur niſi aliud acceſſiſſet. Nempe habet illa forte quædam de *Pithæis* & *Vaſſanis* à V. D. etiam obſervata, quibus locum à nobis præreptum eſſe dolens, miſellam expunxit. Cæterùm ei gratam vicem rependens, hominem tibi meâ operâ innoteſcere volo, ut egregias haſce Notas Paulo Colomeſio, non alii, acceptas feras. Neque verò ipſe repugnabit, qui proprio ſeſe prodit indicio, paſſim ſua hic citans, edita & inedita, *Galliam Orientalem*, Κειμήλια *litteraria*, *Caſauboni vitam*, *Obſervationes ad Balzaci Opera*, *Clavem Epiſtolarum Gallicarum ad Scaligerum*, & alia quæ ex paternis adverſariis, tanquam ex amplâ divitéque penu, adoleſcens frugi quotidie promit: ut nomen eo tan-

tum ſine tacuiſſe videatur, quo decentius à Typographo *vir doctus* ſalutaretur; tibi hoc elogium merito deberi cenſens, patris dum *ſcrinia lippi compilat*. Atque hinc eſt quod dictatoriam in aliorum ſcripta ſibi tribuit autoritatem. Teſtem appello *Stephanum Baluzium*, quem acriter pungit, certè pungere vult, cum Agobardum ab eo editum, non magni ſe facere gloriatur. Neque *Iſaacum Voßium*, cujus tamen in familia vixit, melius habet, ipſius de Vadiano judicium ferendum non eſſe dictitans. Qui ſic aliena carpit, ſua à nobis excuti patietur, ſi æquum amat. In iis autem plura reprehenſione digna occurrunt; unum aut alterum de multis, exempli gratia proferam. 1. Cùm

Angeli Cretenſis nomen reſtituens *vergetium* legi jubet, accuratus ſcilicet Græculorum Nomenclator; non nos ſed Is. Caſaubonũ (at Deus bone! qualem virũ) ferit. Ille enim præfatione ad Æneam Tacticum, *Bergitium* ſcribit, quem Æneæ regium exemplar elegantiſſimo caractere pinxiſſe teſtatur. Sed *Bergitium* dicas an *Vergetium* perinde eſt, certè parum intereſt, cum B & V litteras eſſe ejuſdem organi & ſoni, ſi ex Vaſconibus non aliunde notum ſit, *queis aliud nil eſt vivere quàm bibere.* Atque hinc arguere licet unam vitilitigandi pruriginem, unum obvia quæque, quo jure quare injuria caſtigandi cacoëthes iſtam viro docto cenſuram extorſiſſe. 2. Quod Scaliger *Chriſtmannum merum Ieſuitam* dixit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

noſter ſeriò monet non eſſe accipiendum prorſus, ſicut voces ſonant. Quaſi vero quiſquam hebes adeo ſit, ut non intelligat his verbis ſignificari Chriſtmannum, Ieſuitarum mores ac ingenium, non autem cum fibula veſtem induiſſe. 3. Bezæ *Paſſavantium* velut rarum & reconditũ aliquod priſcæ antiquitatis monumentum, multis enarrat; quem tamen *Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe* adeoque intactum præteriri ſine cujuſquam diſpendio potuiſſe conſtat. Sed hæc exigui momenti ſunt. 4. Gravius peccat V.D. in explicando regiæ pellicis ſive concubinæ nomine, de qua agitur pag. 167. ibi enim error manifeſtus eſt: σφάλμα μνημονικὸν lubens vocarem, niſi juvenes memoriâ pæſertim pollere

ſcirem. Nam confidenter tanquam ex Tripode V. D. pronunciat, illam eſſe Gabrielem Eſtræanam, quæ tamen jam pridem è vivis exceſſerat[a] cum Regi Maria Medicæa connubio juncta eſt[b], imo antequam priores Henrici cum Margareta Valeſia nuptiæ ſolverentur[c]. Qui igitur fieri potuiſſet, ut formoſiſſima Gabrielis *Regis & Mariæ matrimonium infringeret* (quæ ipſiſſima ſunt Scaligeri verba) quo tempore eſſe deſierat? Quamobrem ſi quid periculi iſti matrimonio à concubina imminebat, totum id non à Gabrielide jam fato functa, metuendum erat ſed ab Henrica d'Entragues, Ver-

a Obiit 4 Id. April. an. 1599.
b 5. Id. Decemb. an. 1600.
c Septemb. 1599.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

nolii Domina ; quam revera tale quid molitam eſſe Hiſtorici narrant, & à Rege ſyngrapham accepiſſe certum eſt, quâ Princeps amore ſaucius ſe eam uxorem ducturum ſpondebat. Sed de V. D. ſatis. Tan. Fabri præfationem quod ſpectat, quæris an eâ novæ quam paras editionis frontem ornaturus ſis? Breviter reſpondeo, nihil neceſſe mihi videri, totamque illam, quanta eſt, Magiſtri cum Diſcipulo ludentis confabulationem ad hæc uſque verba, *ſex ſeptem menſes*, &c. ut alias Salmurii ſemel aut bis excuſa fuit, facilè à primis Scaligeranis abeſſe potuiſſe ac etiamnum poſſe. Certè non inficior lepidos ac venuſtos eſſe verſiculos, quibus de valetudine queritur, Muſiſque nun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

cium remittit, ſive ut loquiamat Poeta minimè verecundus,
Θηλυκῶν ἀρσενικῶν τε δαιμονίων καταπαρδεῖ,
(honos ſit auribus) illis iratus, ut alibi expoſtulantem audimus * quod rem ejus familiarem & τὰ πρὸς ἄλφιτα minus rectè curent. At hos inquam verſiculos, quamvis elegantiarum & ſalis plenos ſine flagitio à te omiſſum iri exiſtimo, quia jam ſuo loco cum alia ejuſdem autoris Epiſtola editi, & hic omnino ἀπροσδιόνυσοι ſunt. Etenim quid ad rem, bene ne an ſecus, Salmurienſis Criticus habeat? ploret ne an cantillet? eſuriat an epuletur? Quid ad Scaligerana? quid ad nos? Id populus curat ſcilicet! Tu ergo ultimam duntaxat epiſtolæ partem, quam laciniæ inſtar præ-

* Prima Scalig. pag. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

cedentibus aſſuere, ingenioſo Fabro placuit, tranſcribes ſi me audis; cùm ſola vere præfatio dicenda ſit. Bene vale.

Hactenus quidem ille: cuius nos conſilio utentes, præfatorem tibi ſiſtimus, Lector, tria verba de hoc libello dicturum. Audi modo & ſcies.

Sex ſeptem menſes ſunt, ex quo Fr. Sigonius, Juriſconſultus apud Auguſtoritenſes celeberrimus, hæc Scaligerana manu deſcripta ad Bibliopolam miſit, uti ederentur & publicarentur. Rogavit porro ut inſpicerem; Inſpexi; & quædam ſane ad ea parabam ſcribere, quæ non omnibus fortaſſe nota ſunt, ſed totum id conſilii ut abjicerem multa fecere. Cur autem *Prima* vocaverim (nam hunc eis titulum feci) ubi libellum legeris, facile intelliges; Scilicet altera illa Scaligerana, quæ abhinc duobus tribus-ve annis prodiere, recentiora ſunt. Doctrina autem in his tanta eſt, interdum, tamque recondita, ut qui meliorum literarum ſtudioſi ſunt, nullam ſatis magnam CL. Sigonio gratiam referre poſſint, qui nec operæ ſuæ pepercit nec ſumptibus, ut Schedas & adverſaria Vertuniani ſibi compararet & deſcriberet. Tantum eſt. Vale.

Vertunien s.r de Lavau medecin de poitiers a recueilli ces Scaligerana
Menage Antibaillet. p. 262

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

PRIMA SCALIGERANA NON ANTE VULGATA.

A*Bi directè.* Verbum vetus, Græcè, ἀλλὰ φθείρȣ, id eſt, abi in malam crucem. Hactenus Scaliger.] εἰς κατάραν, ut pote *diſrumpi* dignus. Nam Directum dixere Latini pro Diarrectum. διάῤῥηκτος *diſruptus*, διαῤῥήγνυμαι *Rumpor, Diſrumpor*. Hinc illud, *Rumpantur ut ilia Codro.*

Abiit homo, dicebant antiqui, pro mortuus eſt, non quod ſperarent immortalitatem, ſed ad euphoniam. Hactenus Scaliger.] Ils diſoient auſſi *fuit*, pour dire il eſt mort : d'où vient le mot *feu* tel, &c. Sic *cerebrum* nunquam Poëtæ Græci nominant propter horrorem, ut Athenæus notat, pro quo μυελὸν λευκὸν, aut quid ſimile dicunt. Sed diſtingue tempora, nam Philocles cerebrum ἐγκέφαλον dixit.

Abotiri eſt *avorter*, Varro. melius quam *abortio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

* Ἀγγιλισμὸς Genus eſt omnium ſupplantationum quibus utebantur luctatores.

* T. FABER. *Ego autem arbitror, quid enim aliud? errorem fuiſſe in adverſariis Vertuniani; dejerem enim* ἀγκυρισμὸς *legi debere, non* ἀγγιλισμὸς*: quippe* ἀγκυρισμὸς & ἀγκύρισμα *plane eadem ſunt, quod nemo neget, niſi fatuus. At Heſychius quid ait?* ΑΓΚΥΡΙΣΜΑ, σχημάτων ἐν πάλῃ. *Quibus in verbis error eſt: legendum enim,* σχῆμά τι τῶν ἐν πάλῃ. *Quod ii vel facile videant qui in Græcis non plane cæcutierint. Hoc autem plane & diſerte probat Suidas, homo ineptus, fateor, ſed interdum non malus compilator.* ΑΓΚΥΡΙΣΜΑ, εἶδος παλαίσματος. καὶ, ΑΓΚΥΡΙΣΑΣ, ἀντὶ τοῦ, καταπαλαίσας, *&c. Hic poſterior locus, quem homo barbarus reſpexit, eſt ex Ariſtophane, pag. 302. Locum ipſum producere nequeo, nam libros meos, ô raram & plane Apoſtolicam ſæculi fœlicitatem! nuper diſtraxi, unde mihi* ἄλφιτα *parare poſſem.*

In *aca* deſinentia nomina ſtirpium, ἐν ὕλῃ ἰατρικῇ, deducta ſunt ab iis rebus quarum referunt ſimilitudinem, ut *verbenaca* à verbena, id eſt Scopis, à ſimilitudine ſcoparum quibus utebantur ad verrendos ex aris cineres; unde dicuntur verbenæ myrtheæ, laureæ, à verrendo. Vide Celſ. c. 33. l. 2. unde Terent. *verbenas ex arâ*. Apud Menandrum erat μύρσινα ſcriptum in Com.

Græcâ ; auctor Donatus. Græcè θαλλὸς. Vide quæ notavimus ad Feſtum in voce *ſagmina*, ſic *portulaca à portula* ; *paſtinaca à paſtina*. *Paſtina* autem, ligo eſt quo effodiuntur ſtirpes. Gall. *un pic*

Accentus graves, qui dictionibus Latinis apponuntur, noſtrâ memoriâ introducti ſunt & in libros illati ; qui cum nihil juvent auditorem, qui neſcit utrum ſit accipiendum *quantùm* aut *quantum* adverbialiter vel ut nomen, nec etiam pronuntiantem ; toto cœlo Latino ablegandi & fugandi ſunt. Virgulæ (,,) & cola (;;) noſtrâ etiam tempeſtate inventa à Manutio, cum antiquis prorſus incognita fuerint. Multi dicunt, ad quid iſtæ Latinitatis minutiæ exquiruntur ? Dicam, *ad quid Latine loqui affectas ?*

Accommettre les chiens. Vieux mot François pour *inciter les chiens les uns contre les autres*. Græcè ξυνέηκε μάχεσθαι. Homer. Latine *committere canes*.

Acinaria vaſa. Vaiſſeaux ſervant à égrener les raiſins.

Acinus propriè ſignificat *un grain de raiſin* ou de grenade ou ſemblables, ut quod intus eſt, Gall. *pepin* vocamus, lignum ſimpliciter, vel vinacei, apud Plin. qui ſæpius vocat acinoſum, quod Dioſcorides γιγαρτώδες. Cæterum auctores rei ruſticæ Græci oſtendunt quo modo facias ϛαφυλὰς ἀγι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

χάρτις, id eſt uvas ſine vinaceis, ut ſunt Corinthiæ.

Aclides, globi ſunt qui fune alligati ſunt, ad cujus extremum baculus eſt. *Plumbatæ* verò ſunt quæ manu tenentur & in hoſtes conjiciuntur.

Actus eſt quod Barbarè nec Latinè *Tractatum* dicimus. Varro.

Adjicialis cœna Varroni id eſt opipara. Juſtus Lipſius mihi ex Conjectaneis ſuffuratus eſt tacito nomine.

Adſellare eſt per ſellas evacuare, *evacuer par bas.* Marcellus Empiricus ponit *ſedere* pro *niti.* Unde verbum *adſellare* creberrimum apud Vegetium in commentariis de Re Veterinaria, ut lib. 3. *Stercus durum adſellat.* In eodem, *Deinde ſale & melle miſtis in anum infundes ut adſellandi augeat voluntatem.* ἀφόδευμα, *aſſellatio.*

Adſita vitis, dicitur quæ maritata ſit arbori. *vitis adſita*, Catullo in Epithalamio.

Affinis hujuſce culpæ. Cicero paſſim & alii ἀγχιστεὺς καὶ ἀγχιστὴρ, *affinis*, *conſcius*, Soph. id Trachiniis.] * T. FAB. *Nil ad rem.*

Agaricum non novit Dioſcorides unde adveheretur, atq; demeteretur: quando lib. 3 cap. 1. vult in cedro ipſum naſci; nam in larice potius invenitur, quæ tantum Alpibus familiaris eſt. Quare fallitur Plin. cùm ex Theophraſto πεύκην vertit *laricem*, cùm Theophraſtus agat de πεύκης Græciæ, quæ

arbor eſt picea. Pari imprudentia πίτυν, quæ eſt pinus, *piceam* vertit. Porrò Agaria, ex qua agaricum convehi cenſet Dioſc. eſt fictitium nomen, nuſquam enim eſt, aut fuit. Undè malè Dioſc. ex Agaria agaricum deſumit.

Aginum Nitiobrigum Agen. In libro Hieronymi *de Claris Scriptoribus* dicitur *Agennum* ut vulgo: ſed Ptolæmeo & Auſonio noſtrati *Aginnum* per j. Aginnenſis Seneſchallia continet duos Epiſcopatus, nempe citra Garumnam, Aginnum Nitiobrigum, ultra Garumnam; Condomium, quod peculiari nomine dicitur Vaſconia. Nam ut Africa dicitur tota illa magna continens quæ patet à Nilo ad Gades, & tamen in ea erat provincia quæ peculiariter dicebatur Africa, in qua Carthago: Vaſconia quidem dicitur ampliſſima illa regio quæ olim ita vocata fuit Novempopulania; ſed peculiariter Vaſconia quoque dicitur. In eâ Epiſcopatus Condomienſis. Itaque Seneſchallus Agennenſis vocat ſe Seneſchallum Agennenſium & Vaſconiæ, id eſt Condomii. Hæc appellatio vetus eſt, nam temporibus Pipini, pagus Agennenſis citra Garumnam & ultra Garumnam dicebatur. Sub Pipino in vetuſtiſſimis Annalibus refertur pluiſſe frumento in pago Agennenſi ultra Garumnam, id eſt, in ea regione quæ peculiariter dicitur

Vaſconia, in qua Condomium.

Vidi Aginni Medicos quorum potior pars eo convenerat ut doctiſſimi patris Julii Scaligeri colloquio frueretur, ſeque ei in diſciplinam traderet, non ut Medicinam faceret; ex eaque urbe plurimi celebres Medici tanquam de jugi fonte ſcaturierunt per univerſam Galliam hac illac ſparſi.

Agricola. Georgius Agricola Miſnienſis, doctiſſimus Grammaticus & Philoſophus. Rodolphus Agricola Friſius, Optimus Magiſter dicendi, imo fortaſſis illorum Princeps.

Georg. Agricola Vide in Voce Eraſmus.

Agrippa doctiſſimus mathematicus à Patre exiſtimatus eſt, virque doctus.

Αἱμασία. Φύεται ἐν συσκίοις περὶ φραγμοὺς καὶ αἱμασίας. Ruell. naſcitur in ſepibus umbroſis. Scal. potius dicendum: naſcitur in umbroſis ſcil. circa ſepes *haies* dictas & macerias *murailles ſeches*. Porrò αἱμασία, in maceriæ ſignificatione, eſt nomen Hebræum à verbo quod *munire* ſignificat in Propheta Ezechiele.

Ακρατισμὸς Græcis erat *le déjuner* ab ἄκρατος quod *merum* ſignificat, quia vinum merum bibebant, ut & Latini cum filo herbâ, quæ ignoratur.

Ακρὶς ἀκρίδος duo ſignificat, locuſtam, & turiones arborum. Johannes Baptiſta turiones iſtos arborum, non locuſtas, co-

medebat ; quod patet ex Græco quodam Evangeliorum interprete. * T.FAB. *male*.

Æ, *æ*, diphthongus male διασυλλάβως pronuntiatur, maximè verò in verſuum ratione ; Quod verò ego ita ſeparatim ſcribo AE, ae, id ad antiquorum imitationem facio, in quorum tabulis & ſepulcris ita ſemper invenio.

Æra vel *Era*, radix temporis eſt Iſidorus. Soli Hiſpani uſi eâ ſunt.

Ἀλάστωρ Malus Genius. Soph. in Oedipo. Hactenus Scaliger.] Furia, Dæmon infeſtus, homo pernicioſus, qui ſcilicet mala ἄλαστα id eſt non obliviſcenda perpetravit. Jupiter tamen aliquando dicitur Ἀλάστωρ, vel quod nemo poſſit eum latere, vel quod ſit vindex iis qui mala ἄλαστα paſſi ſunt.

Albret oppidulum in ſyrtibus Lapurdenſibus quas *landas* vocant. Dedit nomen ampliſſimo Ducatui qui memoria noſtra inſtitutus eſt. Quod dixit Hieronymus de Conſtantinopoli, eam nuditate omnium civitatum conſtructam fuiſſe, id dicere poſſumus de hoc Ducatu, qui nuditate proximarum Seneſchalliarum compoſitus eſt tam ultra quam citra Garumnam : ſcil. mutilatione Seneſchalliatus Agennenſis, Armaniacenſis, & Vaſatenſis. Caput eſt Neracum. Totus hic Ducatus ſubjicitur Parlamento Burdigalenſi.

Alæ fabales, apud Varronem, citante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Servio, & apud Nigidium & apud Catonem, eodem Servio citante in fragmentis quæ nondum edita ſunt, *paille de febves, faberaces*, nam antiquitùs alæ erant paleæ.

Alitur ulcus apud Celſum lib. 8. cap. 4. pro συρκοῦται, id eſt, coaleſcit, nam alo, aleſco, coaleſco idem quandoque ſignificant.

Les *Allemans* ne ſe ſoucient pas quel vin ils boivent, pourveu que ce ſoit vin, ny quel Latin ils parlent, pourveu que ce ſoit Latin.

Alſioſus δυσριγὴς, ſic ſemper Plin vertit Gallice *fredilleux* ou *refroidis*, quod de Davide legitur qui non poterat concaleſcere, lib. Regum.

Altitudines ad perpendiculum metimur, longitudines ad funiculum, vel amuſſim, σαθμὴν. angulos ad normam, planities ad libellam.

Ἅλωσις victoria, paſſivè pro iis qui victi ſunt & captivi.

Amerina ſalix, eſt, *l'amer ſaule*, opponiturque perticali.

Amicus auro contra carus non eſt, id eſt, nolim amicum pari & æquo auri pondere repenſum. Ut Plautus, *Talento contra carus non eſt*. Item, *auro contra cedo modeſtum amatorem*, in Curcul. Ita veteres ſemper fere dicebant, metaphora ſumpta à ſtatera ſeu lance momentanea in qua æs appendeba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

tur : nam quod præponderat, id contra eſſe, hoc eſt ἀντιῤῥέπειν dicebant. Inde *æs contrarium* vocabant *æs grave* auctore Feſto. *Hic eſt*, inquit Varro de Re Ruſt. *ille qui non ſolum uberrima pomaria habet, ſed etiam in eo loco habet, ubi poma contra aurum vænennt, vel auro contrà cara ſunt.*

Amomum eſt parvus frutex, uvæ inſtar ex ligno in ſe ipſum convolutus, Dioſcoridi; non fructus ut in vite botroſus eſt, aut reapſe botrus, ſed lignum ipſum fruticis uvæ modo implexum in ſe & convolutum, quod & ſemine plenum. Pretioſiſſimis quibuſque unguentis amomum addebatur, ſed præcipue locum habebat in funeribus, unde *mumiam* appellamus corpora humana aromatis condita.

Amphiam Arabice nihil eſt aliud quam *opium*: nunquam enim Arabes litteram P. in medio dictionis pronũtiant, ſed Phe ſonant. Amphiam ergo, quaſi ophium; unde opium ſumunt conſerturi manus cum hoſtibus.

Ἀμφίγυος anceps eſt, ab ἀμφὶς quod vomeris bifidum extremum ſignificat.

Ἀμφινίκητος νύμφη, puella pro qua duæ partes pugnant.

Amuletum ab amoliendo dictum, quod venena amoliatur, Gallice *rejeter loin*. Φυσικὰ vocantur proprie apud Medicos Alexand. Trallianum, & Paulum Æginetam, ut quæ occulta proprietate juvant ap-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

penſa collo. Vocantur & *Proebra* à prohibendo. Antidotus etiam proebrum, aut contra-datum dicitur. Hæc duo nempe amuleta & Antidoti, ſunt in abditis rerum cauſis. Alexipharmacum verò non abditum, ſed certum remedium eſt. Alexiterium denique eſt generale, tam ad certum remedium, quàm ad id quod eſt in incertis & abditis rerum cauſis.

L'Anima, Italis, eſt nucleus perſici. Eodem modo * Plutarchus aquam putei, animam putei dixit; & apud Horatium, caſsâ nuce, id eſt Αψύχῳ καρύῳ.

* T. FAB. *Debuit, opinor, ſcribi, non Plutarchus, ſed, Plautus. Is locus eſt in Amphitryone. loquitur Soſia.*

> Scin' quam bono animo ſim? ſi ſitulam cepero,
> Nunquam edepol tu mihi divini quidquam creduis poſt hunc diem,
> Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Vbi intertrahere *ſignificat* τὸ ὅλον trahere. *Vt alibi* fontem interbibere, *integrum fontem bibere*, & interire *pro, funditus perire. interminari, &c. Ter. Plaut.*

Annonam incendere, id eſt *Encherir.* A Varrone *excandefacere annonam* dicitur, unde apud Manilium *incendia annonæ.* Et Auguſtus Cæſar in * Epiſtola quadam dixit ſe excalfeciſſe forum

Et gallice s'eschauffe et se brusle, de ce [illegible]
[illegible] dat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

aleatorium, id eſt, *avoir fort joüé.*

* T. FAB. *Illius Epiſtolæ fragmentum eſt apud Suetonium. Ceterum in Cod. MS. Vertuniani erat,* annonam caram reddere; *at ego repoſui.* annonam incendere; *quod verum eſt.*

Αντίπρωρα eſt * Aſpectus, unde apud Empedoclem πρώρα facies hominis nuncupatur. Apud Theophr. tamen lib. 4. pro vite vel ſtipite vitis ſumitur.

* *T. FAB. Prope hæc omnia ſunt ab Heſychio.* ΑΝΤΙΠΡΩΡΑ, ἀντιπρόσωπα. ΠΡΩΡΑ γὰρ τὸ πρόσωπον. καὶ ΑΝΔΡΟΠΡΩΡΟΝ, ἀνδροπρόσωπον. Σοφοκλῆς ἐν Τραχινίαις. *quæ ſunt facilia, neque ea interpretari neceſſe ſit.* Πρώρα *autem apud Empedoclem, ſeu Sophoclem potius, pro eo ſumitur quod Itali vocant* buſto, *Latini* faciem, *Græci* προτομὴν. *etiamſi novi ſatis quid inter ſit faciem inter & protomen. Sed &c.*

Antiquare differt ab abrogare. Antiquare legem veteribus dicebatur, quando lex promulgata non obtinebat apud populum; tunc dicebat populus, *antiquo legem*, id eſt, veterem legem retineo. Abrogare legem, eſt veterem legem tollere. Obrogare legi, eſt novâ latâ lege veterem tollere.

* T. FAB. Antiquare *Hæc Sigonius ac Manutius haud paulo melius explicarunt.*

Apex proprie ſummitas pilei, qui ligabatur; unde apere, ligare ſignificat ab *apo apis*, unde *apiſcor*, quo & nunc utimur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

*Ἄποινα *rançon*, pretium pro redemptione: vetuſtiſſimi Latini *luſtra* vocabant: Enn. Ἕκτορος λύτρα *Hectoris luſtra* ex Sophocle vertit; à luendo. Varro lib. 5. de Linguâ Lat. Luſtrum à luendo, quod quinto quoque anno penderetur tributum.

Ἀπόφυσις * Vertit Vitruvius propriè calcem vel collum columnæ, unde mendum in Vitruvio, ἀπόφυγις, vel ἀπόφυξις, pro eo quod legendum erat ἀπόφυσις. Scal. ἀπόφυσιν cap. de Dipſaco 13. lib. 4. Dioſc. enaſcentes ſurculos ex caule vertit, quaſi diceres, *enaſcentiam* quod non caret analogiâ, & dici poteſt.

* T. FAB. *Egregia Scaligeri correctio eſt. Vide lib. 4. Vitruvii cap. 7.*

Ἀφιγμένος eſt amicus in bello. Hoc nomine utitur Hom. quando Diomedes & Glaucus ſe invicem ſalutant. Hoc etiam apud Soph. in Oedipo.

Ἀποσιτεῖν eſt quoquomodo cibo carere. ἀποσιτία cibi carentia, ut ἀποσκιτεῖν eſt faſtidire cibum. Male igitur Joubertus. ut ἀποκοιτῶ eſt ſecubare, Catull. *à tuis volet ſecubare papillis*, quod ſignificat, non concumbere.

Ἀφορίζειν idem quod τεμενίζειν; pro quibus Latini dicunt *ſiſtere fana*. Varro ſic; *minori pomœrio finiuntur*. qua phraſi & Hebræi & Græci & Latini ſunt uſi, nam omnes circulo quodam fana circumſcribebant; in quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

quo circulo quod erat poſitum, ſacrum vocabatur.

Hoc poſſum gloriari me nihil ignorare eorum quæ in *Apocalypſi* * Canonico verè libro, Prophetice ſcribuntur, præter illud caput in quo *væ* ſepties repetitur: ignoro enim idne tempus præterierit, an futurum ſit. In his parum valet ***. Adjutum autem me à Bulingero fateor, qui tamen in quamplurimis cæcutit, ut in eo quod multa de Machometo intelligit quæ ad illum non pertinent, Nam ille fuit extra Eccleſiam, de quo in Apocalypſi ne verbum quidem.

* T. FAB. *Cum Apocalypſin Ioannis verè Canonicum eſſe librum dicit Scaliger; nondum is erat Scaliger qui poſtea fuit; nam longe aliter poſtea cenſuiſſe ipſum accepi.*

Aptus, id eſt, ligatus, connexus ab *apere* antiquo verbo, quod erat *ligare. Ipſis è torquibus aptos junge pares Virg.* ἑτεροζυγεῖν contrà, de imparibus & ineptis dicitur, quæ jugum alternant.

* *Aquam ſumere* pro mejere veteres dicebant, honeſtè rem turpem exprimentes. Aquam ſumo, *je piſſe*, aquam peto, *je vay piſſer.*

* T. FAB. *Locus Ovidii eſt.*

Dedecus hoc ſumptâ diſſimulavit aquâ.

Sed ego ſcio qui aliter ſentiant ac Scaliger. Ille ego ſum ſcilicet. verùm res turpicula eſt, abeo.

Αρχαϊσμὸς λέξεως, id eſt, *antiquatio*, vel *antiquitatis imitatio*, vel *antiquariè dictum*. apud Varr. cap. 10. libri de Re R. Itaque, inquit, propterea inſtitutum diverſâ de cauſâ ut ex caprino genere ad alii Dei aram hoſtia adduceretur. *alii* pro *alius*: ut apud Plaut. *alii rei*. ſimiliter, *nulli rei*, dicimus, pro, *nullius rei*. ſic. *neutri generis* pro *neutrius*, ex antiquitate proferimus. Denique ſic Catullus: *Verum iſti populi*, pro *iſtius*. ἀρχαϊσμὸς etiam eſt in *fructuis* pro *fructus* in genitivo. Primus omnium Cæſar in lib. de Analogia monuit declinandum ſic hoc nomen, fructus, fructus, fructui. Idem ἀρχαϊσμὸς apud Auſonium in *nuruis* pro *nurus*.

Aree in verſione Dioſc. error eſt in voce Aree. nam Græcè eſt ἄρεις, ab ἄρειος. Ergo *Ari* in vocativo dicendum eſt.

Aretæus medicus Græcus excellentiſſimus, Ionicus auctor, qui exacte ſingulos morbos deſcribit, ideoque ad Hippocratem intelligendum inprimis neceſſarius.

Ariſtophanes bonus auctor, Atticus & primus legendus * nec ſe quiſquam jactet Atticiſmum intelligere, qui hunc ad unguem non teneat. Certè nullus eſt qui melius apud Græcos loquatur ipſo Ariſtophane ut nec apud Latinos Terentio.

* T. FAB. *Ita me Dii ament, ut ego me plurimum amo, ubi hæc Scaligerum video*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

dixiſſe. Nam ego ipſe quidem huic auctori intelligendo plus quindecim annos inſumpſi, neque me tamen operæ pœnitet; Etiam ſi tanto temporis ſpatio id diſcere poteram quod alii profitentur; hodie fumos venderem. Sed aliud mercimonium placuit magis, & placet, (+) placebit.

In *Ariſtotelis* explicatione uſus eſt Scaliger veteribus, Alexandro Aphrodiſæo, Themiſtio, Ammonio, Euſtathio, Thomâ Aquinate, Philopono, Simplicio (qui duo excellentes) Alberto, Averroë, Olympiodoro qui vixit Ammonii temporibus. Recentiores, ut Javellium, tantum de nomine novit, cum illorum veterum doctrinam; recentiorum placitis & commentis multo auguſtiorem, excellentiorem, & admirabiliorem ſemper ſibi perſuaſerit, & reipſa eſſe compererit. Cæterum nemo miretur ſi Averroës & alii Arabes Ariſtotelem recte interpretati ſunt; habuerunt enim ipſum Ariſtotelem, qui & nunc extat, & eum optime verſum in Arabicam linguã habuerunt.

***Arvernium**, Auvergne.* Dividitur in montanum & planum. Planum dicitur *Alimania*, quod nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonenſis. Hæc Regio opima eſt & fertiliſſima, civitatibus ampliſſimis, vicis, villis, prætoriis magnificis exculta. Duo Epiſcopatus ſunt in Arvernio; in plano quidem Auguſtonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*. In montano eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Epiſcopatus Sanctus Florus, *S. Flour*. Totum Arvernium ſubjicitur Parlamento Pariſienſi.

* Ἀσκαρίδες dicuntur à * σκαίρειν, id eſt, à ſaltando aut verminando, quod Gallice dicimus *trepigner* ou *fretiller en ſautant*. Sunt autem Aſcarides tenues quidam lumbrici in extremo Longanone & ſphincteris initio vehementem pruritum excitantes.

T. FAB. *Poterat dicere* ἀσκαίρειν ; *nam* σκαίρειν *&* ἀσκαίρειν *itidem dicuntur ut* ἀσπαίρειν *et* σπαίρειν, σταφὶς *&* ἀσταφὶς, σταχὺς *&* ἄσταχυς.

Aſſiratum, * *C'eſt une gogue*. Dictum à nomine antiquo, *Aſſir*, ſanguinem ſignificante.

* T. FAB. *Sunt hæc ex Feſto quem vide.*

Ἀσώδης vox Ionica ab ἄση quod alii Græci vocant ἄλην, Gallicè, *un je ne ſçay que faire*. ἄση etiam pro *nauſeâ* ſumitur.

Ἀσπάραγος proprie de illa plantâ dicitur quæ verè propriéque thyrſum habet: aliquando tamen ſumitur pro thyrſo cujuſlibet herbæ, ut ſcolymi, vocatur *carde*, & Orobanches, imò & Bryoniæ, ut patet ex his Dioſc. verbis, cap. 194. lib. 4. ταύτης, ait, οἱ ἀσπάραγοι κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν ἑφθοὶ ἐσθιόνται οὔρησιν καὶ κοιλίαν κινοῦντες. *Viticulæ*, *aſparagi*, *turiones*, *thyrſi*, idem.

1. *Aſpres*. Nummulos quoſdam argenteos Turcicos Græci vocant ἄσπρους, id eſt,

albos. Turci 2. ΑΚΣΕΙ, id eſt, *album*.

T. FAB. 1. *Fieri poteſt ut hoc nomen, quod hodie in Græco Vulgari uſurpatur, pro* albo, *ſumptum ſit ex nummo* aſpero *Latinorum, id eſt recenti. Vt ut ſit,* ἄσπρος *hodie apud Turcogræcos pro* albo *ſumitur, ut* ἀσπρούτζικος *pro* ὑπόλευκος, *&* ἀσπρίζω *pro dealbare &c. Si legationem* D. des Hayes *ad Portam Conſtantinopolitanam legas, recte feceris, ut & Leunclavium in Turcicis. Neutrum habeo.*

2. *Ita in MS. Cod legitur. at ego Scythice aut Turcice neſcio.*

Auctores, Non omnibus datum, etiam doctis, ſed raræ cujuſdam fœlicitatis eſt, bonos auctores corrigere, & ſuæ dignitati atque nitori reſtituere: nec quenquam hodie novi qui id præſtare poſſit præter Dom. Cujacium, & Dom. Auratum. *Mais cettuy-cy commence à s'apoltronner, & s'amuſe à chercher toute la Bible dans Homere.*

Si vitam Joſepho Scaligero Deus longiorem conceſſerit, nullus auctor futurus eſt (primarios dico) quem non emendaturus ſit: ad id enim aptus natus eſt, non *à caqueter en chaire* & *pedanter. Dominus enim Scaliger non* * diſcurrit, ut *dicebant Germani Genevæ, ſed bene interpretatur auctoris mentem.*

T. FAB. Vtinam verò nulli hodie eſſent diſcurſores, ut Germanice & Gallice loquar! Quanto minus prædicantium & grammaticorum & medicorum, & cauſidicorum habere-

mus? quorum tamen tanta copia, tam denſa nubes eſt, ut minus muſcarum ſit per æſtatem cum caletur maxime. Sed bonos interpretes, aſtrictos, ſinceros, & qui expreſſe dicant id quod res poſtulet, paucos habemus. Neque adeo mirum. Rarus enim eſt ſenſus communis. Dominus Scaliger bene interpretatur, ſed non diſcurrit; *ſcis quid ſit? idem eſt plane ac ſi diceres, D. Scal. habet exquiſitum ſenſum melioris doctrinæ, ſed tu, qui* diſcurſores *laudas & deſideras, pro corde pulmonem habes,* κατὰ Επίκουρον, *Fatue.*

Confecit Conjectanea in Varronem anno ætatis vigeſimo. *Et lors, dit-il, eſtois-je fou comme un jeune liévre.* Notas in lib de Re Ruſtica anno 25. & in Catalecta Virgilii anno 27.

De ſe dicentem audivi, Meum eſt bonos illos veteres auctores corrigere, qui linguarum *Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Græcæ, Latinæ, Hiſpanicæ, Italicæ & Gallicæ peritiam, nullius Dictionarii ope, earumque omnium analogias & Etymologias ſummo labore, nec minori diligentia mihi comparavi, aſſiduuſque fere ſemper fui in locorum collatione ex veteribus Exemplaribus, tum excuſis tum MSS. quorum tot ſunt variæ ſæpe ſcripturæ, quot varii libri.*

In naturæ cognitione hos auctores ſibi propoſuit Joſephus Scaliger: inter Græcos Ariſtotelem, Theophraſtum, Dioſcoridem.

Inter Latinos, Plinium, Celſum, Varronem, & Columellam; quorum omnium ſolus Plinius genuine de natura (inter Latinos intelligo) diſputavit; ſed *a* corruptiſſimus eſt.

a T.FAB. id eſt, Exemplaria Plinii ab exſcriptoribus, qui fere plerumque Monachiſci Benedictini erant, corrupta & depravata fuiſſe, quod ipſi nihil intelligerent.

Nunquam plura apud ullos auctores legi, quæ me magis ad interpretationem Sacrarum litterarum ducerent, quam apud Ariſtophanem, Catullum, Tibullum, Propertium, & ejuſmodi ſalaciſſimos auctores.

T. FAB. Notandum vel inprimis eſt quod dicit Scaliger. Præcipue autem reſpiciebat, opinor, locos nonnullos Moſis, Canticum Canticorum, hiſtoriolam quandam quæ in lib. Regum eſt, librum Ruth, verſiculos aliquot Epiſtolæ ad Romanos, & ſi quæ alia ejus generis ſunt. Sed tu, præter cætera, lege mihi caput 23. Ezechielis. Quod nec pueris ſuis domi pater-familias legerit, nedum in Eccleſia legendum putarim.

Ego cum Cujacio noſtro, nihil quicquam ſcire eum exiſtimaverim, qui nihil novit quàm quod vulgus & mediocriter docti. Sunt qui ſi ſyllogiſmum conficere norint, & probabiliter Logiceque de re quapiam diſputare, ſe in viros doctos videri velint evaſiſſe. Alii ſi ornate & eloquenter ſenſa mentis exprimere poſſint at-

que expedite loqui, eruditiſſimos ſe ab omnibus haberi velint. at ego hos omnes magnifacere non ſoleo, quamvis mihi hoc nomine ſuccenſeam quod eloquendi facilitatem aut potius facultatem uſu & exercitatione lectionibuſque publicis non hactenus comparare licuerit * 1. *velimque ſemper pluris eſſe quam haberi.* Unde ſe Genevenſibus dixiſſe ait, cum illum profiteri publice Philoſophiam rogarunt, ſe non conceptæ de ſe opinioni reſponſurum, nec ſatis commode id præſtiturum muneris ad quod vocabatur. Aſſiduus tamen in Organi Ariſtotelis lectione fuit, integro anno. Hocque * 2. præſenti Phyſica erat aggreſſurus, niſi ad majora illum Deus vocaſſet.

* 1. T. FAB. *Tragici locum reſpicit. Cicero, Plutarchus, alii.*

* 2. T. FAB *Ita legitur in MS. ſed ſic arbitror ſcribi oportuiſſe* : Hocque ipſum in Phyſica, *&c.*

Audientiam facere. idem quod *faventiam facere*, eratque Præconum; quibus reſervabatur lingua in ſacrificiis. Unde etiam in epulis linguæ reſervabantur Mercurio, quod eſſet Præco Deorum.

* Ασκωλιάζειν eſt ludere ſaltando uno pede ſuper utrem oleo unctum. Virg. *unctos ſaliere per utres.* Hactenus Scal.) Ασκώλια feſta erant Athenis quibus in medio pratorum ſuper ἀσκοὺς, id eſt utres inflatos &

unctos, uno tantum pede ſaltabant, ut delabentes riſum populo moverent. Illis ludis utres caprini uſurpabantur, hircis tergore ſuo, Baccho, deroſâ vite, pœnas dantibus. Virg. Georg. lib. 2.

* *T. FAB. Plura dicet Schol. Ariſtophanis, Pollux & Suidas, & loquaculus Euſtathius.*

Ατρακτυλὶς dicitur quia inſtar fuſi eſt.

* *Atticè* dicere poſſumus ἰδόντε καὶ παθοῦσα, illud quidem in maſculino, hoc verò in fœm. idque ἀδιαφόρως, ut videre apud Soph. in Oed. Ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν ἰδόντε καὶ παθοῦσα, hoc eſt, in extremis vitæ noſtræ ἀλόγιστα, i. multa quæ mente concipi non poſſunt, feremus videndo & patiendo, vel, videntes & patientes.

Atticis omne fœmininum in duali eſt maſculinum. Attici ſumunt imperfecta pro præſentibus.

* T. FAB. *Quod hîc annotavit Vertunianus verum eſt, Æſchyl. Sophoc. Eurip. paſſim. ratio eſt; in numero duali genera olim communia erant.*

Avicenna. Non repurgavit Avicennam pater Julius Scaliger, quanquam nonnulla forte haud ſpernenda in ſuo Avicennæ libro annotaverat veluti ſcholia, quippe qui Arabicæ linguæ ſatis peritus eſſet, ut & vulgarium linguarum, plures loqui ſciens quovis alio coætaneo ac contemporaneo. Neſcio num iſtum Avicennam cum ſcho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

li s nobis ſuffuratus fuerit plagiarius ille Conſtantinus qui nunc Montalbani Medicinam facit. Hoc ſcio, non excudi Venetiis, ut ille dicebat tamen. Julius Scaliger Avicennæ lectionem medicis omnibus tamquam perneceſſariam commendabat, nec quenquam in magnum medicum evadere poſſe exiſtimabat, qui tam doctum opus non legiſſet.

Avives dicuntur ab aqua viva, quaſi *Aquevives*: quia eâ epotâ dum ſummè jumenta calent, pleuritis ſuccedit, quæ rectè phlebotomiâ curatur, ut videmus in hominibus.

Aula & *Olla* dicuntur pour *un pot*, ut *caulis* & *colis*, *Plauſtrum* & *Ploſtrum*.

Αγρυπνία eſt, quando quis ſomno privatur invitus.

Ἀϋπνία verò, quando quis ſe privat ſponte ſomno.

Aura matutina ſignificat Rorem matutinum.

Auratus Græcæ linguæ peritiſſimus, qui cum ad omne argumenti genus carmina accommodet, bonus Poëta dici omnino meretur.

Αυθέντης apud veteres parricidam ſonabat, qui aliter dicitur αὐτόχειρ. Apud Tragicos utrumque reperitur. quædam hâc de re perperam effutivit Alciatus.

Ἄχυρον, *acus*, *aceris*, *aceres*, la curaille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

des féves, les pailles, tout ce qui ſort de l'eſcouſſure du bled.

Αχυρώδες, aceroſum dicitur, *qui a ſubſtance de paille*. Hinc ariſtarum fruſta quæ ex tritura decidunt, acus aceris dicuntur.

Axis vel *aſſis* vel *aſſer* ſunt *ſoliveaux*, non autem tabulæ Latinis dictæ, ut nos improprie, *aißes*, Gallice nuncupare credendum ſit.

B.

Baccæ καρπός. Dioſc. lib. 1. c. 123. Scal. *Baccæ* à racemo βότρυι differunt, & ei opponuntur quod baccæ ſint ſparſæ, βότρυες verò coactæ. κόρυμβος eſt propriè bacca hederæ: accommodatur tamen etiam ad alia quodammodo ſimilia. ut apud Dioſc. lib. 3. cap. 29. in deſcriptione Abrotoni fæminæ.

Bainlius. Joannes Bainlius linguæ Hebraicæ adeo peritus, ut hac non minus expedite loqueretur, quam Guerſenſius Latinà. Quod & ego facile poſſem, cum hanc exactius didicerim quam Latinam, Græcamve, & majore judicio ac ævo maturiore.

Βαλαύστιον eſt flos omnis Punici mali: ut κύτινος conceptaculum aut calix. Malè igitur Dioſcorides, & more barbarorum pharmacopœorum balauſtium florem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

ſylveſtris, ut κύτινον ſativi granati, vocat. Plinius, balauſtimum colorem ſtatuit.

Balearicum hordeum apud Columellam eſt noſtre Baillerge.

Balneorum duo genera apud veteres. Primum vulgare erat, cum à tepidario in caldarium: ab hoc in ſudatorium, & ab eo in ſolium frigidæ, vel etiam flumen deſcendebant. Alterum minus frequens, cum in ſole exurebantur primum; deinde oleo inungebantur & fricabantur; tumque poſtquam ſudaverant, in frigidam ſe conjiciebant.

Bartaſſius in ſua Juditha Lucanicum ſtylum ſequitur, feliciter aſſurgit, ſed ſæpe* Rudiuſculus.

* T. FAB. *Puto legendum* Duriuſculus.

Belleforeſt oriundus de Comminge au pied des Pyrenées, eſt un affeté langage de Gaſcon.

Bembus & *Sadoletus* boni Poëtæ.

Beza Magnus vir procul dubio, olim Poëta, nunc concionator extemporaneus. Davidem propediem eſt editurus.

Biblia. Multa poſſet bonus Criticus in Bibliis annotare hactenus ignota, quæ multum facerent ad fidem. Multa falsò tribuuntur miraculo in Jeſu Chriſti paſſione, quæ & Judæos & Ethnicos ab Evangelio reſilire cogunt, vel fidei obeſſe poſſunt, ut quod Chriſto in latere vulnerato aquam & ſanguinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

guinem manaſſe ſcribitur. Tantum enim abeſt ut hoc divinæ Chriſti naturæ acceptum ferendum ſit, ut potius verè hominem eum fuiſſe, nobis indicio fit, qui aquam in pericardio habuerit, ut reliqui homines: quâ effusâ ipſi omnino moriendum fuerit. Nec amplius Judæi cauſari poterunt illum nondum mortuum à diſcipulis ſuis è cruce ſublatum eſſe (ut multis accidiſſe potuit) quem poſtea falsò reſurrexiſſe plebeculæ perſuaſerint. Nam effuſâ pericardii aquâ per inflictum à militis lancea vulnus, verè mortuus eſt pro peccatis noſtris (neque enim quiſquam aquâ illâ effuſâ vivere poteſt) ut poſtea verè reſurrexit ad juſtitiam nobis conciliandam.

Præterea ſunt qui miraculo tribuant, quod ſudaverit ſanguine & aqua, & divinitati acceptum referant: cum hoc potius oſtenderit angores & agoniam, quam pro peccatis & redemptione noſtra pertulit, ut ſolet accidere iis qui ſanguine ſunt tenuiores, & laxioribus cutis ſpiraculis per διαπήδησιν. Quod ſi id aliis contingat qui ſint denſiore cute, & ſanguinem laudabilem ſortiti, id ἀγῶνα maximum indicat.

Sunt & qui novum putant quòd Chriſtus ipſe ſuam crucem ſuſtulerit, cum id conſuetum eſſet apud Judæos. Pro quo excellentem locum penes me habeo, quo id luce clarius oſtendere poſſim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Coronam ſpineam capiti impoſitam fingunt caput multis locis pupugiſſe ac graviter vulneraſſe, cum de eo nulla mentio apud probatos Auctores; nec etiam credibile ſit cum ea corona Chriſtum cruci affixum fuiſſe, qui exutus ſuis veſtimentis primum, iiſdem indutus eſt ante crucifixionem. Infinita alia deſignare poſſem, ſi vellem. Cæterum quod militem qui lancea Chriſti latus aperuit, quidam Longinum appellaverunt, non à λογχίτιδος id eſt lanceæ nomine id acceperunt (quam lanceam probe noverant *lonchitin* Grçce dici) ſed ex quadam hiſtoria quç ita nuncupatum militem ſcribit.

Nota ipſos milites tunc temporis ſolitos fuiſſe crucifigere, non carnificem, qui Romæ extra urbem habitabat, infamiſque habebatur.

Bivium, radices, faſtigia, idem apud Varr. quæ tria ſæpe uſurpantur in diviſioſione faciendâ.

Βλέμμα. Attici dicunt quod alii Græci πρόσωπον, *chere*, *viſō*, viſus.

Boates, *Buchs*. Captal de Buchs. Dominium illius tractus pertinet ad Comites Candallæ, qui vocant ſeſe Capitales, id eſt, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum, *Medoc*, quæ eſt Regio arenoſa, pars Seneſchalliæ Burdigalenſis.

Bodinus Patrem Jul. Scaligerum falsò

ignorantiæ Matheſeos arguit, ipſe indoctiſſimus valdeque jejunus: cum quicquid à multis annis doctrinæ conſequutus eſt, tranſcripſerit ex aliorum laboribus, imo & ex meo libello in Varronem de Lingua Latina, cujus paginas integras ſuas fecit fur impudentiſſimus, & in unum velut chaos congeſſit, plurima ſcribens quæ ipſe non intelligit. Denique, librum de *Methodo legendæ hiſtoriæ* inſcripſit, in quo nihil minus quam eâ de re tractat, ut titulo ſuo nullo modo reſpondeat oratio, quod quidem Verrius Flaccus notavit in Originibus Catonis, quæ nihil minus inquirunt quam Italiæ origines. Porro ſi quis velit in illum ſcribere, je luy dreſſeray tout ſon fait: neque enim mihi honoris loco ducam aliquid proferre quod meo nomine circumferatur.

Il y a en marge, *Dignus eſt tamen ob elegantem ſtylum hiſtorias ſcribere.*

Boethius totus legendus eſt, magnus quippe Philoſophus & Poëta eximius, phraſin Neroniani temporis imitans.

Βόλος, unde *Bouliech* Narbonenſium piſcatorum, jactum retis ſignificat. Juriſconſulti dicunt emere βόλον retis aut piſcium, pro emere quod hoc jactu capitur piſcium.

Βῶλος gleba, unde gleba Armenia, bolus Armeniacus. Metaphoricè maſſam ſignificat, *un morceau*. Terentius. *Doleo illum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

bolum mihi ex faucibus ereptum eſſe. Sic apud medicos *bolus caſſiæ.*

Βȣ apud Græcos intendit, ut βȣ́λιμος & βȣλιμία ingens fames, vehemens fames à refrigeratione ventriculi contracta. Sic apud Latinos particula, *ve*, ut in *vehemens*, & aliis. Aliquando tamen minuit, ut *vegrandes meſſes*, *vejovis*, parvus Jupiter, *veſcus* qui eſt minimi cibi. ὀλιγόσιτος Græcè, qui montre avoir peu mangé, qui n'engraiſſe pas. *Vegrandis*, Græcè δυσαύξης, *un enfant mal nourry.* Virgil. *vegrandia farra, coloni.*

**Quæ malè creverunt, veſcaque parva vocant.* Auſonius. *Hic ſæpè falſus meſſibus vegrandibus*, veſcus eo loco idem eſt quod vegrandis, à qui la nourriture profite peu; comme à moy, dit-il: vir ἄτροφος is eſt qui omninò non nutritur.

* *T. FAB. Deſumptus hic locus eſt ex Faſtis Ovidii lib. III.*

Βȣθερὴς depaſtum à bove: Contrarium ἄτμον, non depaſtum, non demeſſum.

Braſſavolus. Jamdudum mihi perſuaſi, & revera ex hominis ſcriptis comperi, nihil aliud eum virum fuiſſe quam cymbalum ineptæ medicorum plebis.

Briſſonius. Doctus ſanè vir eſt Briſſo, Regius Patronus & eloquens. Pietatem in illo requiro. Son livre *de Regno Perſarum* ne répond pas à ſa dignité ny au rang qu'il tenoit en l'Etat, & il ſemble qu'il n'a rien

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

tant apprehendé ſinon que ſon livre ne fuſt aſſez gros ; Je ne ſçay ce qu'il pouvoit penſer lorſqu'il eſcrivoit du Royaume des Perſes qui obſervent ſi exactement la Loy de la ſucceſſion , luy qui s'eſt jetté dans un party qui tâche d'oſter la Couronne à ſon Roy legitime. Il a voulu conſerver ſa charge parmy des gens qui le perdront enfin. Son livre *de Actionibus & Formulis* , plus laboris habet quam induſtriæ. La ligue l'a fait Preſident. Liber ejus de *Regno Perſarum* eſt labor Grammatici , non ejus qui Remp. tractabat. Apud poſteritatem bene fortaſſe cedet pruritus gloriolæ, cum homines inceſſet oblivio dignitatis ejus.

Britones britonantes Anglicè loquuntur. Apud Anglos verò (quod didici ab Admirali ipſius Angliæ) tres linguæ ſunt, adeo ut à ſe invicem intelligi nequeant.

Prima quidem hæc Britonum britonantium , qua in Hibernia, in Scotiæ Occidentalibus (unde Duncanus & Buchananus ſunt oriundi) ad Orcadas inſulas ; & tertiò apud noſtros hos Britones utuntur. Secunda eſt Saxonica , cujus in aula & vulgo per Angliam communis eſt uſus. Tertia in Ducatu de *Vvalles* aut *Galles*.

Brodæus Turonenſis Canonicus, vir maximus ac doctiſſimus fuit , cujus commentarios in Epigrammara Græca pluris facio, quam quorumdam ſcripta plurima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Eodem tempore floruerunt Peliſſerius, Ranconetus, Budæus.

Βρομῶδες ἐν τῇ γεύσει Ruell. viroſi guſtus cap. 23. lib. 1. Dioſc. Scal. graveolens in guſtu, ut Anagyris.

Benedict. Brugnolus. Notandum quod mihi recitavit Joſephus Scaliger de ſomnio quod deſcribitur à Patre ipſius elegiâ quâdam in fine libri de Heroibus. Nam Muretus poſt decem annos Romæ Joſepho Scaligero dixit ſe vidiſſe in templo quodam Venetiis ſepulchrum ejus ſpectri quod ipſi apparuit in ſomnis, cui ſepulchro hæc verba inſcribuntur: *Brugnolus maximus ſui temporis Grammaticus.*

Videbatur Jul. Cæſari Scaligero is Brugnolus Veronæ in templo ſanctæ Mariæ Antiquæ, quod nunc dicunt *tempio di ſancta Maria de la Scala.*

De hoc in Epiſtolâ quadâm ad me Scaliger ſic ſcribit. Brugnoli nomen quidem teneo, olim mihi à Mureto dictum. Sed tamen Epitaphium ipſum ita ut in tumulo ejus conceptum eſt, ne Muretus quidem ipſe fideliter narrare potuit. Quod tamen dicebat, ejuſmodi erat ut facile agnoſcerem divinitus parenti meo ſomnium miſſum eſſe, & omnia quæ de illo Pater retulit in verſus ſuos, vera eſſe: ipſum Præceptorem Principis Benedicti avi mei fuiſſe, Noricum patriâ, profeſſione Gramma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

ticum, hominem magni nominis. Quid vis præterea? cum leges Patris ſomnium, ſtupeſces certò ſcio, Ipſe de Brugnolo ſcribit, & Brugnolum iſtum ignorat.

Somnium Julii Cæſaris Scaligeri, de re penitus ignotâ, ut extat in ipſius poematibus.

Vera canam : vos vera, Deæ, ſpirate canenti,
Et date nectareos in mea verba modos.
Finieram heroos multa de nocte labores.
Præbuit inde levem ſobria menſa cibum.
Umbra ſibi hibernas bis ſex exegerat horas:
Membra quies molli blanda refecit ope.
Viſus eram auguſti ſancta in penetralia templi
Audacem à primo limine ferre pedem.
Lætus ibi tumulos, tumuliſque impoſta tropæa,
Martiaque armatâ corpora ſtare manu,
Qualia Scaligero ſunt conſpicienda ſacello,
Quod noſtra Antiqui nomine ſigna capit,
Dum miror : celſo vox eſt mihi reddita muro.
Si memini, murum hunc marmora pura tegunt.
Sum Benedictus ego : Brugnolum ſecula dicunt:
Ipſe tuum docui prima elementa patrem:
Et patrem, & patruos, totamque ab origine gentem,
In quam ſum accitus, Norica terra fuit.
Noricus huc à Leniaco me Cæſar adegit,
Cui genitor pacis nomina ferre dedit.
Primus eo Latias adduxi candidus arteis,

Græcaque non noto tunc elementa ſono.
Te quoque vix natum tremulis geſtavimus ulnis:
Profuit & ſi quid, vota, preceſque tuli.
Heu quod non licuit, raram tibi texere laurum:
Dum decus hoc aliis fata parare volunt:
Nec noctes vigilare tibi, nec condere luces.
Sors famæ ad cumulum defuit illa mihi.
Dura pater, patruique ſimul ſunt arma ſecuti;
Me Veneta externo pulvere terra tegit.
At tu, per generis monumenta inſignia veſtri,
Quæque tibi à magnis gloria venit avis,
Eripe me ingratis ô nunquam erepte tenebris:
Et novus heroo nomine ſurgat honor.
Iſta ſimul, ſimul ecce cavi de fornice muri
Exilit ingentis maxima forma viri.
Et porrecta meo circundans brachia collo,
Hoc tollam, inquit, ego ſumma ſub aſtra caput.
Magnus ego & celſo ſurrectus corpore, verum
Pectore tum toto grandior ille fuit.
Nunc quoque, cum ſcribo, trepidos rigor occupat artus:
Et ſtupida à facie lumina ſplendor habet.
Parcite Brugnoli, mihi jam nova numina, manes:
Nulla aures tetigit nominis aura meas.
Cum Pater exactos memoraret ſedulus annos,
Poſſe reor nomen forſan habere tuum.
Te tamen, ut juſſiſti, habeo pro numine vero,
Sive opus eſt ſacro carmine, ſive focis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Sancte vale : patremque meum , patruoſque ſaluta.

Teque precor ſimilem ſæpe redire mihi.

Βρυώδη ἄνθη, cap. de Liguſtro 125. lib. 1. Dioſ. Ruell. *flore muſcoſo.* Scal. *mouſſeuſe.* βρύον autem propriè ſignificat muſcum floridum, id eſt, tenuem & perflabilem. μνίον propriè muſcum inveteratum. Confundit autem Dioſcorides. Inde Nicander μνιόεντα δένδρεα, quercus vetuſtas intelligit.

Buchananus unus eſt in tota Europa omnes poſt ſe relinquens in Latina Poëſi.

Budæus , Nunquam erit in Gallia alter Budæus.

Bura vel *Buris.* C'eſt le manche de la charruë , cujus extrema pars dicitur *Manulea* vel Manicæ : at totum illud dicitur ſtiva. Bura eſt id quod proprius eſt caudam boum ἀπὸ τῆς βοὸς οὐρᾶς id eſt cauda. Manulea verò quod manu tenetur. Bura Græcè ἐχέτλη.

Burgundiæ Comitatus eſt feudum imperii ſub protectione Bernenſium Helvetiorum.

Burgundiones ſunt Germani , qui infra Saxones ponuntur à Ptolemæo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

C.

CÆmenta *cæmentæ*, vel *cæmentum cæmenti*, utroque modo eſt quod Græci vocant χάλικα, ſunt lapides minimè politi ex quibus fit tumultuaria ſtructura, ut in aggeribus qui fiunt in bello. Cæmenta ædificant, dicitur mille locis apud hiſtoricos, Porro utimur in ſtructura, aut ξεστοῖς lapidibus, id eſt, politis, aut οὐ ξεστοῖς non politis. hi ſunt cæmenta. Unde apparet nos abuti in lingua Gallica hoc cæmenti nomine pro mortario veterum, quod multiplex quidem erat. Marmoratum quod fiebat ex marmore contuſo & calce. Arenatum quod parabatur ex ſabulone maſculo (qui rufus erat potius quam ruber) & calce. Hæc duo erant præcipua, quorum illud ſcil. marmoratum, firmius, perennius, ac ſpecioſius erat. Alia habebant veteres, nempe, cigninum quod eſt, noſtrum *ciment*, ex tegulis contuſis, & calce, quo theatra ædificabant; item Mortarium ſpecialiter dictum, ex ſabulone non maſculo & calce, ut quod vocamus. *Mortier.*

Calère ſordibus apud Petronium Arbitrum, de muliere dicebatur, quæ non niſi illiberales homines amabat. Transferri poteſt ad eos qui non niſi ſordidis libris delectantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

* *Calvinus* ſolidus Theologus & doctus, ſtyli ſat purgati & elegantioris quam Theologum deceat. Excellentiſſimi Theologi duo noſtris temporibus, Joannes Calvinus & Petrus Martyr: quorum ille litteras Sacras tractavit ut tractandæ ſunt, verè inquam, & purè ac ſimpliciter ſine ullis argutationibus Scholaſticis: & DIVINO vir præditus INGENIO multa divinavit quæ non niſi à linguæ Hebraicæ peritiſſimis (cujuſmodi tamen ipſe non erat) divinari poſſunt. Petrus Martyr, quia ſibi rem eſſe videbat cum Sophiſtis, Sophiſticâ illos devicit, propriiſque confodit armis: non tamen id eſt Sacras litteras interpretari.

* T. FAB. *Vides & doctum & ſolidum Theologum quique litteras Sacras ita tractavit ut tractandæ illæ erant, vere ſcilicet, purè & ſimpliciter, (quæ genuina ſunt Chriſtianiſmi* γνωρίσματα*) vides hominem divino ingenio, &c. Vides hoc quoque, Lector,* à laudato viro laudari *quantum ſit; & tamen, ſi Diis placet, iſtos nundinales & circumforaneos Cymbaliſtas plus vicies memini dicere, incomparabilem hunc Virum, & cujus memoria nunquam intercidet.* Dum Chriſtianis pretium fuerit litteris, *Plus vicies memini dicere, nihil aliud fuiſſe ipſum, niſi* minutulum, & argutulum Sophiſtidion. *Atque utinam o Balzaci, qui tale aliquid nuper ſcribebas, id tibi in mentem ne veniſſet ſcribere. Sed, ô bone, nunc*

bona fide mortuus es, & jam tunc dimidiatus mortuus eras, cum hæc ſcribebas: mortuis autem & morientibus parcere Fas & jura volunt. *Eſto igitur mortuus: bene ſit; ego ſileo. Vnum dicam modo: Eorum omnium, qui hodie vivunt, qui ſe bellos homines, (+) elegantes, & diſertos & eloquentes popello faciunt, reperiri neminem qui id præſtare poſſit, quod J. Calvinus in Epiſtola ad Franciſcum I. Galliæ Regem præſtitit, cum egregium illud & nunquam interiturum* Inſtitutionis Chriſtianæ *opus ad tantum Principem mitteret.*

Camaræ ſunt fornices, voûtes en tonnelle proprement. *Teſtudines* verò ſunt voutes avec des arcs comme aux Egliſes, & quand il y a des arcs en voute avec piliers. Græcè ἀψὶς, *fornix* propriè.

Camerarius bon homme, & qui interpretoit bien les Autheurs.

Canis Gottus, Cagoth.

Canon, κανὼν, eſt quod Gallicè dicitur; *un roolle*, nomen eſt Conſtitutionum Principalium, inde *Canonici* dicuntur ceux qui ſont au roole de la penſion. Inde phraſis, *tu es in hoc canone*, vous eſtes en ce roolle.

Cardanus. Res mihi eſt, dicebat Pater meus, cum viro, de Cardano loquens, qui multa legit, didicitque: ſed qui judicio caret: etiamnum Romæ eſt Cardanus, ubi

ubi detinetur in carcere, quod Chriſti * genethliacon ſcripſerit.

* T. FAB. *Hunc libellum Cardani etiamnum adoleſcens legi. Miratus ſum & riſi & nunc rideo; nam excitata memoria eſt; Quid enim ſi de die natali I. Chr. non conſtet? & verum eſt non conſtare; Quid ſi alius eodem ſolo, eodem cælo, eodem momento natus eſſet, an is fuiſſet, qui fuitChriſtus? Dein genethliacum illius ſcribere, qui ex Spiritu ſancto conceptus eſſet? quæ res? an quia in Evangelio ſcriptum legimus,* Nondum venit hora mea? *Apage.*

**Carpentarius* optimus juventutis doctor, & Ramo præferendus.

* T. FAB *Orationes editæ ſunt.*

Caſaria, οἰκόπεδα, ſunt rudera. ultimis tẽporibus linguæ Latinæ rudera vocarũt caſaria.

Caſſiodorus bonus Auctor & minimè ſpernendus.

Dom. du Caſterat avunculus aviæ maternæ Joſephi Scaligeri annos natus 140. Teſtimonium dixit in Senatu Burdigalenſi (accitus ab ipſo Senatu) pro tempore 120. annorum. Ipſe autem Capitaneus erat du temps de Talbot. Ne minimo quidem morbo unquam laboravit. Caruit temeto: ab omnibus ſenectutis incommodis, ſi unam ſurditatem excipias, integer. Ipſum vidit Joſeph Scaliger puer adhuc. Obiit ſine dolore, nullo præeunte morbo. Nunquam paſſus eſt ſe à ſervo in equum injici, quod

Græci vocant ἀναβάλλεσθαι. Nullos amiſerat dentes eâ ætate.

Caſtalio vulgatis, tum in Theologiâ, tum in linguis, *un Pedant*, & qui quicquid in buccam veniebat, effutiebat.

* S. C. *Caſtalio* Optimè tractaſſet Sacras litteras ſi à multis Anabaptiſmi opinionibus liber fuiſſet, & adjutus ab aliquo.

* T. FAB. *Id eſt* Sebaſtianus Caſtalio, *de quo in Vitâ Joannis Calvini ſatis multa. Ille ipſe eſt qui Canticum canticorum flagitioſum eſſe librum dicebat. Quidam Socinianum, quidam Anabaptiſtam fuiſſe aſſerunt*; Nihil ad me. *Latinè doctum fuiſſe conſtat.*

Sebaſtien Caſtillon Allobrox Lugduni cum ageret adoleſcens, accidit ut quidam errore nominis pro *Caſtellone*, Caſtalionem vocaret, quod audiens à Muſarum fonte, qui *Caſtalius* dicitur, derivatum; adamavit & amplexus eſt, ſeque, omiſſo deinceps Caſtellionis nomine patrio, Caſtalionem appellavit: id dicit ipſe in defenſione quadam adverſus Joannis Calvini libellũ.

Cato optimus Auctor cum Varrone. Præſtaret nos amiſiſſe totum jus civile, ut hodie habetur, ſine integris Auctoribus, quam Catonem & Varronem.

Catullus obſervantiſſimus vel moroſiſſimus obſervator puritatis Latinæ linguæ. Tibullus, terſiſſimus ac nitidiſſimus Poëta fuit. Propertius caſtigatiſſimus Auctor, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

facundiſſimus, à me emendatus eſt. Hi tres dicti ſunt, Triumviri amoris.

Cauponari bellum, *marchander la guerre*, Ennius in Officiis Cicer. *Non cauponantes bellum, ſed belligerantes*, caupones autem ſumuntur pro quibuſlibet mercatoribus. Cæterùm caupones dedicabant ſingulo manè aliquid è popinâ Mercurio, quod à pauperibus edebatur. Vide Ariſtoph. in Pluto.

Cauſa. Dicebat Pater trium horum ſe cauſam ignorare. Primùm intervalli febrium: deinde ipſius reminiſcentiæ, & tertiò motus maris. De quibus ſobriè admodum loquebatur. Unde cum cognatus quidam illi diceret joco: Sed audin' tu qui tam ſapiens Philoſophus es, quo vadit febris intermedio illo tempore acceſſionum? cui ille, Sanè tu callidus vir es, qui à me rationem hujus rei requiris, quam nullus unquam deprehendere potuit.

Κακόβιοι dicuntur qui cibis ſordidis & tenuibus utuntur, ſanique degunt.

Κακοζηλία prava imitatio ut aulicorum imitatio in morrbus regiis, aut eorum qui vitium alicujus auctoris imitantur. Verbum Grammaticum & Rhetoricum.

Κάχρυς *Chatons de Coudrier*, κύτταροι apud Thophr. eſtque illud quod ſquamatim in modum paviculæ compactum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Κάλαμοι lib. 1. Dioſc cap. 16. Ruel *culmi*. Scal. *cavi caules*, & quicquid venit in appellationem χιλȣ͂, id eſt grani ad panificium, dum eſt in herba, habet καλάμοις *tige du bled*.

Καρδίαν veteres vocabant, quem hodie ςόμαχον vocamus. Unde ςομαχικȣ̀ς, vocabant καρδιακȣ̀ς. Poſtquam καρδίαν cœperunt vocare cor, vocarunt ςόμαχον quod anteà vocabant καρδίαν. * Cæterùm ςόμαχος propriè apud vetuſtiſſimos eſt locus à jugulis incipiens, καὶ ἀπὸ ςομάχους τάμε νηλεῖ χαλκῷ Abſcidit ſtomachos agnorum ferro; uno verbo, jugulavit.

* T. FAB. *Euſtath p.* 416. & 1094. *editionis Romanæ, unde hæc ferè deſumpta*

Χαροποὶ ὀφθαλμοὶ, ſunt ravi, id eſt *eſtincelans, roux comme ambre enfumé & vieil*.

Καρπὸν *Plinius* ſemper vertit ſemen, ut & Ruell. cap. 148. lib. 1. Dioſc.

Καταῤῥάκτης propriè *c'eſt une trape*, à καταῤῥάσσειν *qui eſt fermer d'impetuoſité*. Ἐπιῤῥάσσειν *fermer une porte* καταῤῥάσσειν *fermer une trape*. ſolo ſitu res, ut ſola præpoſitione verba differunt. Hinc medicorum cataracta.

Κάθαρμα homo qui ſervatur ad ſacrificium pro toto populo; * ſacerrimus.

* T. FABER. *Apud Plautum*.

Καῦλοι cap. 7. 1. Dioſc. cauliculus Ruellio; dicitur Scal. colis, vel caulis (utrum-

que enim dicitur, ut & multa ejuſmodi nomina) diminutivum eſt cauliculus ſignificatque *la tige ou les branches des arbres ou des herbes.* dicitur tamen propriè de herbis, ut στέλεχος de arboribus.

Lous Chaignards, id eſt, *les Caignards* ſont les reſtes des Albigeois, ainſi nommez en Dauphiné & aux montagnes, deſquels l'hiſtoire eſt admirable. Ils furent tuez en grand nombre dans les baumes ou cavernes de Languedoc & Albigeois, à la perſuaſion de Saint Dominique; Ils eſtoient juſtement trois cens cinquante ans avant la predication de Luther: tenans en tout & partout une meſme doctrine que les Lutheriens, comme Scaliger a veu par leurs livres écrits à la main de ce temps-là: Non ſi doctes que ceux des Theologiens d'aujourd'huy, mais pleins de bonne & ſaine doctrine; Il en a veu en Dauphiné au Val d'Angrogne & d'Otta de la race, & a fait la Cene avec eux: dont la pluſpart ne ſçavent que c'eſt que Meſſe. Item a veu auſſi un contract fait entr'eux & le Roy de France Saint Louys: lequel eſtant las de tuer ces ſortes de gens, leur accorda de ſe retirer aux Montagnes du Val d'Angrone & de Dauphiné, où ils ſont encore. Et c'eſt d'eux que la Prophetie de Daniel parle, chap. 7. verſ. 25. Les Saints ſeront livrez en ſa main juſqu'à un temps, des temps, & une moitié

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

de temps. Et l'Apocalypſe chapitre 12. verſ. 14. Mais deux ailes de la grande Aigle furent baillées à la femme, afin qu'elle s'envolaſt de devant le Serpent au deſert, en ſon lieu, pour y eſtre nourrie un temps, & des temps, & la moitié d'un temps. C'eſt à dire apres trois cens ans, & la moitié de cent ans retournera l'Egliſe viſible des Albigeois en Luther & ſes ſucceſſeurs, qui juſtement eſt venu trois cens cinquante ans apres leur defaite & chaſſe, car un temps ou jour en l'Ecriture ſignifie cent ans.

Veteres *Chriſtiani* * mali plerique fuerunt, quærentes potius gloriam ſuam, quam veritatem Evangelii ac puritatem : dum non contenti iis ceremoniis quas Chriſtus & Apoſtoli in Eccleſiâ Chriſti ſtatuerant, mille alias plane Paganas introduxerunt: quod poſſim facilè in omnibus ceremoniis *** oſtendere ; nec cuivis id licet, ſed tantum totius Antiquitatis peritiſſimis : ut ſæpè tamen ſunt multa in Novo Teſtamento & Bibliis Sacris proverbialiter dicta quæ à nemine adhuc intellecta ſunt, ob Antiquitatis ignorationem, ut illud, *qui tibi colaphum impegerit in genam dextram , obverte illi & alteram*, proverbium eſt Hebraicum. Multa etiam affert Chriſtus ex Phariſaiſmo, ut convincat ipſos Phariſæos propriis ſententiis : quod à nullis adhuc, quod ſciam, animadverſum eſt.

* T. FAB. *Non* mali, *ut opinor, dixerat*

Scaliger, ſed, vani; nam primos illos Chriſtianos, nugarum Paganicarum plenos fuiſſe, multa ex veteri hiſtoria afferri poſſunt, unde probetur. Si quis hoc argumentum tractare volet, rem ſine omni labore effectam dabit, modo ſi delirantis Gentiliſmi nænias & ſomnia apud optimos auctores legerit. Sed quod D. Pauli temporibus βδέλυγμα *erat, id tandem* εὐσέβημα *factum fuit. En quo converſa res eſt. Qui myſteria Cereris Eleuſiniæ, & ſacrorum Orphicorum anicularia nugamenta noverit, is facilè credat non temerè judicaſſe Ioſephum Scaligerum. At ille qui litteratorum princeps eſſet, hæc omnia noverat, homines noſtri haud norunt. Inde dolor atque indignatio; nam quæ dico, in battologorum umbraculis non docentur; ſudes oportet, & veterum libris impalleſcas; quod laborioſius paulo eſt, quam* μετεωρολεσχεῖν.

* *Chriſtianus* noſtras, excellentiſſimus Poëta Græcus, Latinus, Gallicus: neque quemquam hactenus in noſtrâ Galliâ noſſe contigit, qui illum in triplici hac Poeſi ſuperet; ſed vitæ parùm probatæ eſt: *c'eſt un folaſtre.*

*T. FAB. *Quem hic Scaliger* noſtratem Chriſtianum *vocat, is eſt Florens Chriſtianus, vir ſatis notus, multa è Poetis Græcis Latine vertit.*

Κίβδηλον propriè ſignificet ſubæratum nummum, vocabulo non Græco ſed Syriaco. Hoc enim nulla litterulæ mutatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

ſignificat plumbum. Qui apud Plautum eſt nihili nummus. Unde quidvis adulterinum, κίϐδηλον vocant.

Cicero. Libros omnes Philoſophicos Ciceronis nihil facio ; nihil enim in iis eſt quod demonſtret & doceat ac cogat, nihil Ariſtotelicum ; ut nec apud Plutarchum, qui aulicis tantum ſcripſit non doctis.

Cicero in Oratore, in Lucii Craſſi perſonâ, dicebat : *uſum loquendi populo reliqui, ſcientiam mihi reſervavi*. Item Macrobius, *Loquendum ut multi, ſapiendum ut pauci* : Quod documentum ſequendum eſſe putat Joſ. Scaliger, qui per, *loquendum*, non modo verbis uſitatis in quaque linguâ utendum eſſe intelligi ait, ſed & vulgarem pronuntiationem : Ita Peliſſerii pronunciationem linguæ Latinæ improbat.

Cicindela eſt inſectum illud & vermis qui noctu lucet. Nitedula verò ſignificat murem, *Mulot* Gallice dictum, qui inter genera murium araneorum ponitur: qui Græcis *μυογάλαι*, Cic. pro Seſtio. Dioſc. lib. 2. λαμπυρίζουσα cap. 90. lib. 1. Dioſc. Ruel. *nitedulæ modo reſplendens*. Scal. dicendum fuit, *cicindelæ modo*.

Cidus. Eſt pulmentum quod ex farina cum vino miſta fiebat, inſtar micarum panis vino intinctarum, quod *mie* dicimus. Id, puto, Hippocrati κυκεὼν vocatur. Latinis *Cinnus*, apud Liv. Andronicum in

verſione Odyſſeæ, Cicer etiam de Oratore, ubi perperam hodiè legitur *cincinnus*.

Cingulus apud Ennium dicitur *qui eſt greſle de corps*.

Cinnamomum. Sylvas Cinnamomi Mathiolus ineptè dicit in comment. in Dioſc. ab auſtro flante accendi, cum à quovis vento id fiat ex mutuo ipſarum arborum attritu. Unde in Moſcovia, ubi ſylvæ plurimæ, & venti multi violenter flantes, id ſæpè ſolet accidere: ſed à quovis potius alio vento quam ab auſtro. Vide Catalecta Joſ. Scal. pag. 389. Cæterùm Hebræi vocant קציעה Kestia Cinnamonum. quod nomen Hebraicè ſonat ſurculum defractum: & Joſ. Scal. judicio, arbor vocabatur Cinnamomum: cortex verò, caſſia lignea. Cinnamomum n'eſt donc pas proprement noſtre canelle, ſed caſia veterum eſt noſtra canella. hactenus Scaliger. ſic dicta à *canna* id eſt fiſtula, quia caſiam συϱίγγιον appellabant.

Civis rectè dicitur & Latinè, non *concivis*, ut rivalis, non corrivalis.

Clauda, *cloda*, *clouda*. Omnia rectè dicuntur, ut caupa, copa, coupa, c'eſt une Taverniere πανδοκεύτρια. Vinum de cupa (Cicero in Piſonem) qui achepte le vin de la taverne, ut panis de propola qui prend le pain chez le Boulenger par achapt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

vivant au jour la journée. Sed propola is eſt, qui achepte en gros pour par apres vendre en détail.

Claudianus recentior.

Clenardus diligentiſſimus Grammaticus potius, quam doctus in ullâ linguâ. Mortuus eſt anno ætatis 32. * Caninius verò anno 36. doctiſſimus linguarum interpres, cui tamen nihil invideo.

** T. FAB. Is eſt Angelus Caninius Anglarenſis, quem nos, ſi quid in hoc genere ſapimus, omnibus Grammaticis Græcis, quot ſunt, quot fuerunt, longè anteponendum eſſe judicamus. Nam quod quidam de Vergarâ dixerunt, id nec probatur, nec videtur veriſimile. Liber ipſius editus eſt Lutetiæ Pariſiorum anno M. D. LV. apud Guilelmum Morellium, in 4.* Theſaurus Helleniſmi *dici poteſt. Nunc illum cum maximè lego, neque me pænitet operæ.*

Κλήματα palmites, ſarmenta. ſæpè etiam φρύγανα pro ſarmentis ſumuntur. κλημματώδεες, Dioſc. in cap. de Abrotono 29. lib. 3. Ruel. *ſarmentoſum*. Scal. à κλάω. quod ſignificat frango. Unde flagella vitium *fragilia* vocantur. ἀνακλᾶν eſt in uſu, non ſimplex κλᾶν; quo veteres utuntur. κλώμενα ἐπὶ γῆν Dioſc. lib. 3. cap 169. Convexa in terram, *penchant en terre.* Scal. Convexum eſt cœlum, & idem proinde concavum. cæterùm convexo opponitur devexum, quod quidem rotunditas illa eſt

circularis ſupra concavum & convexum. *tædet convexa tueri.* Virg. 4. Æneid. πλατύτερα πρὸς τὴν γῆν idem quod κλώμενα. Ruel. ad Dioſc. cap. 7. de Smyrnio lib. 3. *ad terram infracta.* Scal. *in terram vergentia.*

Κνήμη eſt pars anterior tibiæ, *la gréve* Gallicè, ut poſterior pars ἀντικνήμη, aliter ἐπιγάστριον dicitur.

* *Coacta* alvus, apud Celſum, idem quod naturalis dejectio : quod ſanè mirum. excipio unicum locum, in quo vulgariter ſumitur ; ita etiam Martial.

Et deſiderio coacta ventris
Gutta pallia non feſellit ulla.

* T. FAB. *Cornelium Celſum legi, nam is auctor eſt inſigniter purus, & à Quinctiliano laudatus ; ſed hujus loci non memini. Quod autem ex Martiali additur, nihil ad rem attinet. Si quis Epigramma ipſum legerit, idem mecum ſentiet : agitur ibi de Iſſâ catellâ ; &* deſiderium ventris *non eſt* coacta alvus. *ſi Gallicè ad verbum eſſet vertendum, dici oporteret*, une neceſſité de ventre, *quod omnes intelligunt, etiamſi haud ſcio an dici poſſit. medicè fortaſſe non Gallicè.*

Cocu autem non, ut falsò nonnulli putant, à ſimilitudine cuculi animalis, ſed potius à ludicro illo & irriſorio vocabulo *coucou*, quo quidam ob ſtupiditatem irridentur, vel ob aliquid quod geſtare ſe non putant, ut puta cornua, caudam vulpis, & ejuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

modi. Unde ſæpè in Italia eos cum quibus rixantur, contumelioſè *coucou* vel *coucu* appellant.

Coloſtra. Martialis.

Surripuit Paſtor quæ nondũ eſt ſtantibus hædis,
Hæc tibi de primo lacte coluſtra damus.

Quod vulgò vocamus *cremam*, id ſæpe veteres Latini Coluſtram vocant. Quanquam id venuſtius poſſes vocare florem Coluſtri. Vocant etiam Latini Coloſtram, quos vulgo caſeolos cremæ vocamus. Quos caſeolos Latini vocant, Græci dicunt τροφαλίδας, παρὰ τὸ τρέφεσθαι, quod ſignificat coagulari. *Crema* eſt vetuſtiſſimum verbum Galliæ, quæ eſt Romanis Ciſalpina, nobis Longobardia dicta: undè Galli nomina fecerunt Cremonæ propter ſoli ubertatem. Inde cremor eſt vox Gallica vetuſtiſſima quæ ſignificat ſuccum expreſſum ex aliquo grano aut ſemine, ut mulſio quatuor ſeminum frigidorum majorum. Cremores etiam ſunt leguminum aut frumentaceorum decoctorum colatitia juſcula, ut cocti hordei colatura, cremor hordei dicitur.

Colignius. Non ſunt edita nonnulla mea carmina de Gaſparis Coligni morte & ſuſpendio: idque T. B. V. negligentiâ. Volebam illos intelligere, dum ſuis cædibus occupabantur, nos ſolos tum non fuiſſe otioſos, nec dormitaſſe.

Collyrium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Collyrium dicitur à nomine Collyra, quæ offa eſt, aut panis madefactus jure aliquo, vel Muſcilago & *purée*, ex qua primo facta ſunt collyria, inſtar unguentorum, undè apud Horat. *lippus inungi*. Inde verò, abuſu quodam, omnia medicamenta ocularia, etiam liquida, *collyria* vocata ſunt.

Κολοβὸν τὸ δένδρον βράθυς, id eſt, *Sabinæ arbor eſt coactæ brevitatis*. Sic Ruell. cap. 105. lib. 1. Dioſc. Scal. *qui eſt faite comme par artifice & plattie*, cum ſe altitudine deberet diffundere.

Columbar ſignificat foramen aliquod, vel in pariete, ut in noſtris * περιστερεώνοις *Colombiers*, vel in triremi, unde remi eminent.

* T. FAB. *Dixerat Scal. non* περιστερεῶνοις, *ſed* περιστερεῶσιν. *Illud alterum Græcum non eſt.*

Commentatio ὑπόμνημα Græcè eſt. Eſt quicquid illinitur chartæ ad memoriæ ſubſidiũ.

Compater Eccleſiaſticis auctoribus eſt, qui Græcis dicitur σύντεκνος, quorum communis eſt idem filius.

Compendium. Impendium eſt, quod impenditur, *la miſe*; diſpendium, quod ex eo deperit. compendium, quod reficitur.

Compernes, Græcè γονύκροτοι, qui ſunt plus juſto junctis genibus.

Comœdiæ tria ſunt genera: vetus ἀρχαία dictâ, ut omnes comœdiæ Ariſtophanis, Pluto exceptâ; medium μέσον, ut Plutus Ariſtophanis: & novum νέον, ut Menandri,

Terentii. In his non ſunt chori, ſed tibicines introducuntur eorum loco.

CON. OB. In Valentiniani & inferiorum Imperatorum numiſmatis à Dom. de Monjouſy ſic interpretatum eſt, *Conſtantinopoli obryzatum.*

Conferciunt ſe apes, id eſt, *elles ſe ſerrent.* Quod in bello dicimus, *ſerrez-vous*, Latinè ſic, condenſate, confercite vos, vel conferti eſtote.

Conflicto vel *conflictor* morbo, vel cum morbo; utrumque rectè dicitur: ut pugno tibi, & pugno tecum. Malè autem à Calexio dicitur conflictans adversâ valetudine. tum quia ſolœciſmus eſt, tum etiam quod licet adverſa valetudo, quandoque morbum ſignificet, non tamen ſine delectu ubique pro morbo dici poteſt.

Κώνωπες, inde conopeum, *un Pavillon*; quod eſt inventum Ægyptiorum ad arcendos hos culices infeſtiſſimos, quos vocamus *Couſins*. Fiebat autem conopeum ex reticulis, quia ſatis ſunt ad illos retinendos.

Contarenus defendit præceptorem ſuum Pomponatium, qui de animâ impiè ſcripſiſſe dicebatur.

Continens & continua febris, idem omnino ſonant. Unde Juriſconſulti, qui Latinè loquuntur, ſi qui alii optimè, continua ædificia, continentia vocant. Nec magis differunt, quàm ἐνδελέχεια & ἐντελέχεια apud Ariſtotelem, id eſt, nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Cordolium depravatè dicebant veteres, pro, *condolium*, id eſt condolentia, ut Cicero dixit indolentiam: neque enim eſt καρδιαλγία, ut quidam putarunt, ſed συναλγία. ſic & *cortumionem* dicebant pro contumione, h. e. contuitione, quod verbum eſt augurale. Sic & *cordum* pro condo, id eſt τεμίας vel τεμείας Varro de Re Ruſt. vide locum.

Cornard. De iis dicitur, quorum mulieres mœchantur; Fortè quia veteres iis, quos irridere volebant, cornua dormientibus capiti imponebant, vel caudam vulpis, vel quid ſimile. Præterea memini me apud Artemidorum, antiquum auctorem, legiſſe eum, qui ſomniarit arietem ad ſe venire, futurum eſſe ut ejus uxor mœchetur.

Corrago apud Apuleium, rectè, pro noſtro, borrago.

Corrigere. Vide in voce *Auctores*.

Κοσμητωρ, ut ἁρμοστὴς Præfectum ſignificabant, Gouverneur d'un pays, qui preſide à la Juſtice & aux armes. κοσμειν enim & ἁρμόζειν verba ſunt politica, quæ adminiſtrare rempub. non autem ornare propriè ſignificant, ut apud Homer. Iliad. 1. Ατρείδα δὲ μαλιστα δύω κοσμήτορε λαῶν.

Κορυβαντιασμὸς morbus eſt imaginoſus.

Craſſus ager, c'eſt un champ où l'air eſt groſſier, ejuſmodi eſt in maritimâ orâ. Nebuloſus verò, ut in convallibus. Prop. 4.

Quam nebuloſa cavo fumat Mevania campo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Petrus Crinitus eſt un fat & un baboüin.

Criſte marine, eſt *pes milvinus* Columellæ; & κελθμὸν Dioſc. cap. 157. l. 2. ubi malè legitur φύλλοις τῆς ἀνδράχνης πλατυτέροις, id eſt, latioribus, cum ſit legendum παχυτέροις, id eſt, craſſioribus & pinguioribus. Cæterum Κρηθμὸν per ἦτα ſignificat olus; eſtque verbum Hippocratis. On confit la Criſte marine avec ſel & vinaigre, & on la mange en ſalade avec huile.

Κειτικὴ Grammaticæ pars principalis & nobilior eſt, imò Grammatica abſolutiſſima; quam qui tenet, omnes auctores interpretabitur. Ejus eſt depravata emendare, falsò attributa ſuis auctoribus aſſerere ac vindicare, omne genus Poëtarum, Oratorum, & Philoſophorum recenſere atque excutere: nam Critici erant veluti Cenſores librorum. Varronis Critica docuit, ex multis fabulis unam tantum & viginti Plautinas eſſe, quæ poſtea Varronianæ dictæ ſunt. Verſus Homeri illi tantum admiſſi ſunt, quos Ariſtarchus probavit: Comœdiæ Terentii, quas Calliopius.

Crocus. In croci caput notata à Domino Joſ. Scaligero.

Apud Dioſcoridem cap. de Croco 25. libri 1 pro, δευτερεύει ὁ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν Κωρυκίου, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Λυκιακοῦ Ὀλύμπου, Ruell. *Secundus locus datur Corycio è tractu Lyciæ contermino, tertius Lycio è monte Olympo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

lege δευτερεύει δὲ τῆς πρὸς κιλικίαν Κωρύκου, ὁ ἀπὸ τοῦ Λυκιακοῦ Ὀλύμπου. Id eſt, *ſecundus locus, ab eo qui in Ciliciæ monte Coryco, datur Lycio Croco è monte Olympo.*

Ibidem malè legitur, ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς καὶ ὁ ἐκ Κεντρείας τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἀσθενὴς κατὰ δύναμιν, Ruell. *Cyrenaïcum & Centurupinum inter Sicilica omnia viribus infirmius eſt*; & legendum omnino ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς καὶ ὁ ἐκ Κεντριπιῶν τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἀσθενὴς, h e. *Cyrenaicus verò Crocus, & qui ex Centuripiis Siciliæ, infirmis eſt viribus.* Peſſimè interpretes, *inter Siciliæ croca omnia,* quaſi ἀσθενὴς τῶν κατὰ Σικελίαν id ſit, cum dicendum eſſet ἀσθενέστατος, in quo craſſa eſt ignorantia. Adde quod locus ille Siciliæ dicitur plurali numero Κεντρίπιαι *Centuripiæ.* Sed & Plinius, cap. 6. lib. 21. cum hæc ex Dioſcoride verteret, adjuvat ſententiam noſtram.

Porrò illud, ἐπακτικὸς δὲ ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ δριμύς, non vertit Ruellius, cum Plinius elegantiſſimè verterit, *ſi manu prolatâ odore leniter faciem oculoſque mordeat.* Malè, *ad ora,* apud Plinium legitur.

Plinius probat crocum brevis capillamenti, aut brevibus capillis; contrà Dioſc. τὸν ἐπιμήκη, in capreolo oblongum, in quo diſſentiunt.

Jocularis error eſt apud eundem Plinium. Eſt per ſe genus ſativi blandiſſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

vulgò ; librarius ſcripſerat compendiosè laudiſſimum, id eſt, laudatiſſimum, pro quo addito b. fecerunt importuni correctores blandiſſimum. At Plinius ad verbum vertebat illud Dioſc. κρόκος ἐπὶ κράτιστος ἐν ἰατρικῇ χρήσει, crocus laudatiſſimus in medendi uſu Corycius. Sanè quid ſit *blandiſſimum* hoc loco , neſcio.

Apud Plin. ſequitur. *cum ſit medio candidum* quod ſanè ineptum eſt , nam quid eſt illud , *medio* ? Legendum , *mediè candidum*, mediè , eſt modicum : & ita Dioſcorides, ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχων. id eſt, modicum candidi habens.

Apud Dioſcoridem malè interpunctum eſt ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχων ἐπὶ τῆς ἕλικος, ἐπιμήκης. Ruell. *Paulum candidi gerens in capreolo , oblongum* , &c. Legendum ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχων , ἐπὶ τῆς ἕλικος ἐπιμήκης , id eſt , *paulum candidi gerens , in capreolo oblongum.* In quo ut diximus , diſſentit ob eo Plinius.

Dioſcorides ſic, διὰ μέντοι τὸ πολύχυλον καὶ εὔχρουν οἱ ἐν τῇ ἰταλίᾳ τὴν θυΐαν βάπτοντες τούτῳ χρῶνται, πολλοῦ ὃ πιπράσκεται διὰ τοῦτο. Sic rectè vertit Ruel. *Itali ob ſucci copiam & coloris venuſtatem tingendis mortariis dicaverunt , quibus de cauſis magno venditur.* Dici etiam poteſt , pro tingendis , *incruſtandis mortariis* : Quod non tantum de vitreatione Latini dicunt , ſed de tincturâ & delibu-

tione, quod in utribus vinariis Gallicè dicimus, *avinater*; & Horat. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu*. Imbuta, ſive incruſtata, idem. Ergo Itali, ſcilicet Capuæ in Seplaſia, ubi unguenta pigmentaque parabantur, ad conciliandam illis odoris & coloris gratiam & commendationem (ut patet ex variis Plinii locis, & fragmentis Athenæi) ſua mortaria pigmentaria & unguentaria, θυίας propriè dicta, tingebant, vel imbuebant, vel incruſtabant croco diluto: non item Græci & aliæ nationes: quò fit ut Italiæ peculiariter mentionem fecerit Dioſc. Neque verò reponendum, quod quidam voluit loco βάπτοντες τὸν θυίαν, iſtud βάπτοντες τὴν θέαν, id eſt, *tingentes theatrum*, quod plurimum croci olim abſumeretur in tingendis theatris, aut etiam inſternendis. Nam antiquorum theatra croco non tingebantur, ſed exprimebatur aqua crocata quæ *ſparſio* à Statio in Sylvis nuncupata.

Dives ſparſio quos habet tumultus.

Vetuſtiſſimus Grammaticus Græcus vertit *ſparſionem*, κροκοῤῥανσίαν, quæ à quibuſdam pro miſſilibus Romanorum, ſed perperam ſumitur. Epiſtomiis verſis, & Corycio nimbo aſpergebatur populus: non aliter quam in Italicis viridariis etiamnum viſitur ſpargi per areas aqua, ſi herbulam manu contingas. De quâ ſparſione, loci

Propertii & Martialis intelligendi veniunt, & præſertim locus Lucani, lib. 9.

Corycii preßura croci.

Quod autem crocus, ut ipſe ait, per ſeipſum ſpargeretur, non aqua crocata, quæ veteribus erat pro aqua de naphe, roſata & ſimilibus, & Domitiani hiſtoria, & Horat. locus lib. 2. Ep. 1. ſatis monſtrant.

Rectè necne crocum floreſque perambulet Attæ Fabula.

Quæ omnia etſi plurimum olim abſumptum croci in theatris irrorandis aut etiam inſternendis oſtendant, non tamen video, cur Dioſcoridis lectionem mutare oporteat, cum & multum etiam in tingendis mortariis pigmentariis conſumeretur. Ad hæc ſi de theatrorum preſſurâ & ſparſione audiendus eſſet hic Dioſc. locus, ῥαίνοντες, non βάπτοντες legendum eſſet, & τὰς θέας, non τὴν θέαν, , ut ille cenſet, quod neſcio an potiùs concedi poſſit, quam τὰ θέατρα. Demum hanc ſententiam noſtram de ſparſione adjuvat illud πολύχυλον, *ſucculentia*, aut ſucci copia potius. Quod verò in unguentis plurimum abſumeretur croci, vel κροκομάγματος vocabulum ſatis indicat: quod quidem de omni unguentorum ac pigmentorum fæce ab ea mortariorum delibutione & tincturâ, quaſi per ἔμφασιν quandam, mutuatum eſt: quia ſemper θυῖαι, id eſt, unguentaria mortaria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

hoc croco diluto imbuebantur atque incruſtabantur.

Cæterùm tria requirebantur in confectione unguenti : ſuccus . qui Homero dicitur ἔλαιον ; corpus , quod Græci vocant ςύμματα , id eſt , ſpiſſamenta (dicuntur corporamenta à ςύφειν incorporare , ita vertunt Celſus , Columella & Plinius) fit autem ex odoribus , quæ Græci vocant ἀρώματα : & color , quod Latini vocant pigmentum. Itaque Cicero dicit *meliora eſſe unguenta quæ ceram quàm quæ crocum ſapiunt* ; Plin. lib. 13. cap. 3. comparans oleum palæſtricum cum unguento luxuriæ; nam Palæſtritæ ungebantur ceroto , quod intelligit per ceram. Apud Plin. malè legitur , *terram* , pro *ceram* ; locus verò Ciceronis non extat niſi apud Plinium. Error eſt familiaris.

Quod ad primum argumentum attinet, quo ait Contantus , non potuiſſe tingi aut incruſtari mortaria croco diluto , ut potè duriſſima & minimè poroſa ; Reſpondeo non poſſe impedire duritiem mortariorum lapideorum ipſam levem delibutionem, tincturam , & incruſtationem ex aquâ crocatâ, in eorum ſuperficie interna: non ut in eorum ſubſtantiam delibutio illa penetraret(hoc quippe minimè requirebant) ſed ut ſui croci colorem & odorem retinerent ipſa unguenta & pigmenta ad luxuriam parata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Si ainſi eſt, Hîc dubitat Contantus, de eo quod dixeram, tinxiſſe olim mortaria veteres ipſo croco. Hoc verò præterquam quod facilè oſtendent fragmenta Athenæi nondum Latina facta; locus ille Ciceronis à Plinio citatus, ſatis illi indicare potuit, dum ait, *meliora eſſe unguenta quæ ceram quàm quæ crocum ſapiunt.* Mille locis id poſſum monſtrare, ſi locus ille Ciceronis non ſatisfaciat. Sed nullum alium proferam, ut ad ſtudendum diligentius illum invitem, legendumque hâc de re veterum libros. Choſes qui m'ont prou couſté à ſçavoir; qu'il eſtudie donc.

Porrò quod parum croci abſumi in eâ tincturâ Contantus cauſatur, nihil me movet. Nam licet Germani ferè tantum, atque ii quidem non omnes, croco utantur in ſuis juſculis, in quorum ſingulis minima particula croci imponitur, cariſſimi tamen hîc in Galliâ venditur; quanto carius olim eſſe debuit, cum in unguentis non medicatis, ut poſteà dicam, ſed luxuriæ omnibus imponeretur, Capuæ in Seplaſia foro unguentario, Neapoli in foro nominē Hedico, & Præneſte. Varro apud Nonium, Seplaſia Capuæ, Hedicus Neapoli, ut legit Scaliger. Vide & Plin. lib. 13. cap. 1. ubi oſtendit etiam nihil jam unguentorum fieri in Græciâ. Quibus tribus locis tanta eorum parabatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

copia, ut croci expenſa longè ſuperet eam quæ hodie in Germanorum juſculis abſumitur. Quanta verò profuſio iſtorum unguentorum olim fuerit, patet ex totius antiquitatis hiſtoriis.

Errat toto cœlo Contantus, dum ſparſionem à nobis dictam putat fieri ſolitam per canales illos theatrorum, qui fuerunt aquæductus fontium, non aquæ crocatæ. Sed illa ſparſio & nimbus omnino ſimilis erat ei, qui, ut dicebam, fit in viridariis Italiæ, epiſtomiis ſcil. in pavimento verſis, & quodam preſſo lapide, vel potius expreſſo; unde Lucanus, *Corycii preſſura croci.* nam exprimebatur aqua illa in populum, qui tamen ſpectabat in veſtibus albis, ut patet ex hiſtoriâ. Vide totum illum Lucani locum, nam id ex profeſſo tractat.

Quod verò ait tingi pulpita hoc nimbo Corycio non minus quàm homines; propterea que concludit pingi aut tingi ipſa theatra, adeò frigidum eſt ut reſponſum non mereatur. Nam ſi fortè illa madeſcerent croco, ut fieri potuit, non tamen ab iis qui exprimebant aquam illam crocatam, id eo conſilio fiebat, ut tingerent aut pingerent pulpita theatrave, nec tinctura hoc vocari jure poſſit.

Præterea corruptus eſt Plinii locus quem citat Contantus, & malè interpunctus. Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

enim omnino legendum eſt, *Sed vino mirè congruit, præcipuè dulci, tritum ad theatra replenda*, ſupple, congruit: quod quidem ex Dioſc. patet, ex quo hoc ſumpſit Plinius, παρέχει εὔχροιαν, ϗ ἀκραιπάλους ἐστι, μετὰ γλυκέος πινόμενος. Ruel. *Elegantem colorem præſtat, qui ex paſſo biberint, crapulam non ſentient*. Errat ergo Contantus, qui exiſtimat crocum vino dulci olim dilutum ad theatra replenda: & multo magis, ſi theatrorum repletionem, tincturam ſcenarum fuiſſe opinatur. Nam ad theatra replenda per metonymiã dicitur, id eſt, ad eos replendos vel madefaciendos qui in theatris ſpectabant.

Nihil etiam novi adfert Perottus, cùm ait non corpora tantùm, ſed pulpita etiam, & tota theatra madefacta fuiſſe hoc nimbo. Quaſi diceret tantam fuiſſe ejus profuſionem, ut non modò homines, ſed tota theatra permadeſcerent; ſed potiſſimùm id de loco theatrorum, in quo diſpoſiti erant ſpectatores, potiuſquam de parietibus, quis non videt audiendum eſſe?

Probabile eſſe quod ait de relatione Ciliciorum, ſi cætera conſentirent.

Quod refert ex Plinio, Serapionem ſcenas optimè pinxiſſe, ſed hominem pingere non potuiſſe; quàm ineptum ſit, ſi velit de picturâ aut tincturâ crocatâ theatrorum intelligere, nemo eſt qui non videat, ſi modò prima Grammaticæ elementa didicerit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

nam pingere ſcenas, eſt theatra repræſentare, ut hominem pingere, hominem repræſentare dicimus.

De *crocomagmate*, quæ tam multis verbis nobis obtrudit, uno verbo refelli ac deſtrui poſſunt. Nempe crocomagma hoc noſtrum, id eſt, unguentum luxuriæ, longè differre à crocomagmate Dioſcoridis, Nicolai Myrepſi, Marcelli Empirici, & omnium Medicorum, de quo luxuriæ unguento ipſe intelligebam, non autem de eo quod deſcribit Dioſcorides. Vide locum Plinii cap. 2. lib. 13. nam fæcem unguenti *magma* appellant, ſi *magma*, cur non *crocomagma*? cum crocus eſſet præcipua eorum unguentorum materia, & in omnibus adderetur.

Ad hæc fallitur, dum unguenta Capuæ crocata non fuiſſe confecta recenſet, ſed ſolum roſaceum. Nam Plaut. in Rudente oſtendit aromata allata ex India & aliis longinquis regionibus, ad unguentorum luxuriæ omnium compoſitionem. Ergo non ſolum roſaceum ibi parabatur. Quod & citato ſupra loco plus ſatis indicat Plinius, nempe cap. 1. lib. 13. tum quod dictum eſt alia eſſe luxuriæ unguenta, alia medicata; & aliud eſt unguentum roſaceum Dioſcoridis, aliud Homeri. Deniq; hoc habeo dicere, *homine ignaro nihil eſſe quicquam iniquius.*

Barbariſmus eſſet in Dioſcoridis textu, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

in θέαν & in βάπτοντες. dicendum etiam erat ῥωμαῖοι, ſi de theatris voluiſſet intelligere Dioſcorides. Nam ibi non conficiebantur (Romæ inquam) unguenta, ſed in Italiæ quibuſdam urbibus jam dictis, ideòque Italiæ meminit.

Cruce malo dicebant Veteres, & primo luce.

Cujacius. Eſt Margarita Juriſconſultorum. Scripſit ſibi & doctis tantùm. Je quitay ma patrie, c'eſt à dire, le lieu de ma naiſſance, pour aller à Valence, où je fus recueilly par Cujas, qui me ex illa navi jam nauſcantem, omni bonorum ſtudiorum guſtu refecit. Deus benefaciat optimo & incomparabili illi viro, qui me bona ſpe ſuſtentavit. Il a parachevé ce qu'Alciat avoit commencé, expliquant la Juriſprudence par elle-même. Lors qu'il liſoit publiquement, il avoit ſon chapeau. Il étudioit le ventre contre terre, couché ſur un tapis, ſes livres autour de luy. Nullus eſt qui de legibus XII. Tabul. quicquam docere me poſſit, ne Cujacius quidem; qui non inficiabitur me illi multa de iis indicaſſe, quæ hactenus illum latuerant. Dominus d'Abin nobis retulit Cujacium hoc menſe Lugduni apud omnes Joſ. Scaligerum plurimi feciſſe. Non minoris etiam eum fecit Poſtellus, qui ſolus in totâ Galliâ Arabicam linguam optimè novit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Κυκλοῦσιν, *ſibi mutuò ſuccedunt*, apud Sophoclem in Trachin.

Κυνόσβατος Roſarium ſylveſtre propriè dicitur; à ſpongiolâ verò Cynorrhodon: nam ſpongiola illa *roſa canis* vulgò dicebatur par mocquerie: quod Marcellus ex veteribus Medicis annotat; Plinius verò Cynorrhodon ſumit & pro roſâ ipsâ florente, & pro frutice, & pro ſpongiola illa, & pro univerſa planta.

Cypſellus eſt verus *godaillo* de Gaſcongne, non alia quævis ſpecies, ut Pater putat.

D.

D*Alechampius* vir alioqui bene doctus, Plinium emendandum & excudendum ſuſcepit: ſed quâ eſt audaciâ, omnia invertet & corrumpet: quia, quod multi ſolent, ſi hoc illudve vocabulum non arridet, ſtatim immutat ac ſæpe in deterius. Ego verò nunquam id audendum putaverim, niſi ſit error manifeſtiſſimus, ſatiuſque judico, ubi aliquid diſplicet aut ignoro, priorem lectionem retinere (meâ tamen ſententiâ annotatâ, meoque judicio interpoſito) & doctioribus ejus loci correctionem relinquere, qui fortè ad id mea admonitione excitabuntur, quàm temerè vel ſyllabulam ullam mutare. Et ſi id tam religiosè obſervaſſent importuni iſti cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

rectores, cujuſmodi habemus Henricum Stephanum, qui omnes quotquot edidit, editve libros, etiam meos, ſuo arbitrio jam corrupit & deinceps corrumpet, & alios multos, non haberemus hodie auctores veteres adeo depravatos; nam hâc ſe ingerente licentiâ intempeſtivè & inconſultò corrigendi quod diſplicet, totidem varietates locorum prodeunt & prodierunt, quot editiones: & nullos magis corruptos reperias libros, quam qui ſæpius excuſi ſunt & à pluribus perlecti. Ejuſmodi eſt Seneca auctor graviſſimus, & lectione digniſſimus, nec minus corruptus, quod in Monachorum manus venerit, qui illo ita ſunt abuſi, & tantum in illo ſibi licuiſſe putarunt, ut optima quæque perverterint, malaque multa pro optimis repoſuerint.

Dama nulla eſt in tota Gallia, niſi ex Nigra Sylva ſit allata.

Decrepitus. Comparatio vitæ noſtræ cum lucerna nota fuit Latinis, ut patet ex decrepitorum ſenum, qui Græcis τυμβογέροντες, nuncupatione; quam ut faciliùs aſſequamur, ſciendum à Plutarcho annotari veteres nunquam extinxiſſe lucernas, ſed per ſe & ſponte ſuâ ſiviſſe deficere ac mori, ut extremo crepitu expirarent: hoc verò dicitur *decrepare*, ut apud Perſium *deſtertere* legitur pro deſiſtere à ſtertendo, & ſic de

aliis : quare lucerna dicitur decrepita , & lumen decrepitum , quod jam propè expiraverat , aut in eo propemodum erat, ut expiraret ; unde decrepiti ſenes , qui in eo propemodum ſunt ut expirent. Malè Grammatici vetuſtiſſimi , Varro , Verrius , & alii , decrepitum deducunt à *Crepero* , quod dubium ſignificat apud veteres , ut Pacuvius : *cui in re crepera juviſti me :* cum hîc *creperum* , purum putum Græcum ſit : nam Κνέφας ſignificat lucem dubiam poſt ſolem occaſum aut ſolem orientem, undè veteres Latini dicebant *cneperum* & *cnepoſum* , non creperum , auctor Verrius : ut *cniſpum* pro *criſpum*. Inde quoque *cnepuſculum* & *crepuſculum* dixerunt , id eſt dubiam lucem. Iidem veteres ſi cogerentur extinguere lucernam, id faciebant inverſo oleo. Virgil.

Inverſo reſtinguens lumen olivo.

Ut ſaturitate viderentur potius opprimere , quam vi vitam adimere. Captabant verò auguria ex crepitu lucernæ. Cum crepuiſſet lucerna , ex ratione augurii quod captatum erat ex crepitu, lucernam obruebant vino aut oleo. Propert.

Seu metuit tangi parca lucerna mero :

Nam poſtea ſæpenumero lumen lucernæ reviviſcebat. Ad illum morem Ovidius alluſit , cum dixit.

Ut ſolet affuſo ſurgere flamma mero.

Decollat apud Varronem lib. de Re Ruſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

idem quod elabitur, *ſi hoc decollabit, ſcio quo confugiam*, Quand cela me manquera, je ſçay bien ce que je feray. Plautus Captiv. *Eſt illic mihi una ſpes cœnatica: ſi ea decollabit, redibo huc ad ſenem.* Decollare ſignificat excidere, tanquam onus quod ſuccollatum eſt, & poſtea excutitur è collo: aliud eſt decollare, cum ſumitur pro κεφαλοτομεῖν, caput cervicibus abſcindere.

Decuſſationem, Crucem ſancti Andreæ dictam, Græci vocant χιασμὸν, quia χ Græcum, eſt nota denarii numeri apud Romanos; Dimidium χ vel λαμβδοειδὲς, Λ, vel V. Latinum, eſt media pars illius denarii hac notâ χ ſignati (hactenus Scaliger.) Decuſſatio metaphoricè dicitur de ſententiis, quarum exemplum eſt in Proœmio Inſtitutionum Juris Civilis: *Imperatoriam Majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus armatam eſſe oportet.* Ubi tribuitur legibus quod armorum eſt, & vice verſâ: eleganti decuſſatione.

Demenſum, ſervorum victus erat; exprobrabatur autem ſervis, quod eorum tibiæ inflabantur, vide Plutum Ariſtoph.

Deſerere ſemina, id eſt, plantare. Tibullus *ſtipes deſertus in agro*, id eſt, fixus; deſtituere, c'eſt planter une fourche de quelque groſſe matiere.

Deſurgere verbum medicum, apud Scribonium Largum ſæpè: ut in defini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

tione teneſmi, *eſt*, inquit, *irrita crebro deſurgendi voluntas.* Dicendum eſſet ſecedendi : & melius reddes illud verbum ἀφεδρεύειν, & utêris Latino verbo ſignantiſſimo *deſurgendi*, non autem deſidendi, apud Marc. Emp. citantem locum Plinii, cujus codice veteri Cujacii ita legitur in definitione teneſmi.

Δῆθεν ponitur quotieſcumque aliquid falsò dicitur, aliquando apud Cicer. & Propert. per *ſcilicet*, exponitur; quod hactenus ignoratum fuerat.

Dialectici. Per Dialecticos, veteres intelligebant Stoïcos: unde Galenus Dialecticus dicitur, id eſt Chryſippeius ac Stoïcus : nam Peripatetici floruerunt tantùm temporibus Aphrodiſæi.

Διαπάσματα ſunt odores ſicci. differunt ab unguento, quod hoc cum ſucco fiat, illa non item.

Diem artificialem ut vulgò loquuntur Aſtrologi, veteres in duodecim horas partiebantur: noctem in totidem. In caſtris quatuor erant noctis vigiliæ, ita ut unicuique quadrans noctis attribueretur. unde Propert.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Theocritus τέτερτον λάχος νυκτὸς, hoc eſt, quartam partem noctis dixit, reſpectu illius moris caſtrenſis. Propterea Sophocles apud Grammaticos, (citantibus veteribus Grammaticis) intervallum quod interjectum eſt

inter duas vigilias vocat ἀσάλπιγκτον ὥραν, id eſt, tempus tubæ expers, in quo tuba non canit: nos poſſumus rectiſſimè & Latiniſſimè vocare *intervigilias*.

Διεστηκότα οὖρα malè lib. 7. Aph. interpres *diſtantes* exponit. (reſpicit Aphor. Hippoc. ſect. 7. Aph. 33.) cum *turbidas* potius interpretari oporteat. Gall. *urines tournées*; vinum enim quod vocamus *tourné*, Græcè ἐξεστηκὸς, τροπὶς & τροπίας etiam apud Martialem nuncupatur. Ita Hippocrati urina turbata διεστηκὸς appellari potuit. Neque hîc διεστηκότα οὖρα aliud ſunt, quàm ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου. Cui opinioni conſentit comm. Galeni Aph. 33. lib. 7.

Digeſtio impropriè apud Macrobium pro concoctione ciborum in ventriculo dicitur: cum apud probatos auctores de ſola diſtributione cibi, & diſſipatione per halitum & inſenſibilem tranſpirationem nuncupetur. Hactenus Scaliger. Verbum tamen *digerere* pro concoquere invenitur in Cicerone in Epiſt. 65. ad Attic. & apud Senecam in Epiſt. cui titulus, Quomodo aliena per transformationem noſtra facere oporteat.

Digitabula, *Deaux à coudre*, ex corio primùm fiebant ad colligendas olivas. δακτυλοθήκη, Gr.

Δίκης ἐς ὀρθόν, id eſt, *jure merito*. Sophocl. in Trachin. præcedit φωνεῖ, id eſt, dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Divaricare crura dicitur mulier in Venere, aut mingendo.

Doletus & *Borbonius*, Poëtæ nullius nominis.

Donativum. Annona quæ liberalitate Principis populo dabatur, vocabatur *congiarium* : militis verò annona quæ liberalitate Imperatoris dabatur, *donativum* nuncupabatur. Scriptores rerum Romanarum Græci, largitionem ejuſcemodi, appellant ἐπινέμησιν, καὶ ἐπίδοσιν.

Δόσις quandoque *ſumptionem* ſignificat.

Druidæ. Cum Cæſar ait Druidas in publicis privatiſve rationibus Græcis litteris uſos, id certe non mihi placet, & puto illud *Græcis* eſſe delendum : quia nihil aliud voluit Cæſar dicere, quam illos in publicis rationibus tum litteris uſos : ea autem quæ ad Religionem pertinebant, memoriter tenuiſſe. Ce qui eſt dit des Suiſſes, qu'ils écrivirent en Grec le nombre de leurs gens qui étoient capables de porter les armes, n'eſt pas moins ſuſpect : car comment cette nation barbare euſt-elle appris la langue Grecque ? Que ſi on dit que quelques-uns d'entr'eux l'avoient appriſe de ceux de Marſeille, & que ceux-là écrivirent en Grec dans leurs memoires ce qu'ils ne vouloient pas eſtre divulgué aux nations voiſines, & ſur tout aux Gaulois; Cela même juſtifie aſſez que les peuples

des Gaules n'entendoient pas le Grec, à la reſerve peut-eſtre des Druides.

Dunum apud veteres Gallos urbem ſignificabat, ut *Juliodunum* eſt Julii urbs. Unde nunc etiam Doun Anglis ſignificat idem: quia Angli linguâ Saxonica utentes, multa etiamnum retinent veteris Gallicæ linguæ veſtigia.

Durandus in Theologia, Bartolus in Jure, Orontius in Mathematicis, ſont faiſeurs de quolibets.

Duretus jejunus in docendo, nam Græcam linguam exactè non novit.

Durerus, excellens pictor, Patris præceptor in hac arte, fuit cliens familiæ Lodroniæ.

Du-Rozier, Doctus vir.

Δυσάλωτος. κακῶν γὰρ οὔ---

Τι δυσάλωτος οὐδείς. id eſt, πᾶς ἁλωτὸς κακῶν, il n'y a perſonne qui ne ſoit attrapable de maux.

E.

EBenum arborem eſſe quæ nigro colore ſit haud credendum eſt: ſed revera radices ſunt ſub terra aſſervatæ, itâque nigrum colorem acquirentes. Pauſanias, Attic. paulò ante finem.

Effictim amabat me. ζηλοτύπως Græcè:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

non enim nomen habent Latini pro ζήλῳ virorum.

Εἰρεσιώνη les Rameaux de Paſques fleuries, ab εἰρίον quod lanam deſignat. Lana enim velati erant antiquitus rami.

Electuarium barbarum nomen eſt, deductum à verbo Græco λείχῳ (Saint Vertunien a écrit λίγχω) lingo. Latinè dici potuit elinctum, quod lingitur & ſub linguâ tenetur. aliter ὑπόγλωττον dictum; pro quo Barbari fecère Electuarium.

Ἑξαήμερον. Hexameron opera creationis ſibi vindicat, dies autem ſeptimus quietem. Unde putarunt veteres mundum duraturum tot millia annorum, quot ſunt dies in hebdomade. Itaque duratio mundi illis eſt hebdomas millenariorum, quorum ſex ſunt labor, ultimus quies. Sed ſeptimum millenarium alii alias interpretantur.

Ἔμβαμμα intinctus, *Saulce*, ab ἐμβάπτειν intingere panem. βάππα ab Æolibus dicitur, *vappa*, quemadmodum ὄμμα, ὄππα, & ſimilia; ab eo Latini vinum evanidum, quod propemodum videtur accedere ad vires vini diluti, vocarunt vappam: quia vappa Æolibus eſt dilutio condimentorum, ut piperis & ſimilium. Vocant hoc pigmentum.

Ἦ μὴν additur ſemper apud Poëtas cum Dii ὤμοσαν jurant, & omnino in jurando.

Ennius Poëta antiquus, magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum, & amiſiſſemus Lucanum, Statium, Silium Italicum, & tous ces garçons-là.

Επίκρασις Latinè verti nequit.

Ε'φ' ᾧτε. *Hac conditione.* ſemper cum infinitivo.

Ηπίαλος febris ab ἠπίου, quod lenem ſignificat & blandum: derivatum nomen eſt, non compoſitum. αλος enim nihil eſt niſi παραγωγὴ ut veteres Grammatici loquuntur, & ut Cicero *productio verbi.*

Epiphanius. Pauci agnoſcunt illum penum Chriſtianiſmi.

Επιδημία. Liber Hippocratis περὶ τῶν ἐπιδημίων malè ab interpretibus, *de morbis popularibus* inſcriptus fuit, car cela ne vaut pas un eſtiflet. Non enim dicimus Latinè *populare ſcortum*, ſed *vulgare*. Deinde ἐπιδημικῶς adverbium, Latinè *vulgò* exprimendum eſt. Dicendum ergo vel *de vulgaribus morbis*, vel potius *de volgivagis morbis*, quomodo Lucretius *volgivagam venerem* nuncupavit, non *popularem*. Popularis morbus eſt ἡ ἔνδημος νόσος, ut vulgaris morbus ἡ ἐπιδημία νόσος: nam τὸ ἔνδημον, eſt, quod in populo; ἐπίδημον verò quod vagatur per populum, graſſatur, & populatur. Ενδημος enim νόσος poteſt eſſe etiam citra aëris vitium, ἐπιδημία non poteſt. Puta in bello aquam & puteos infecerunt veneno & tabo,

tabo, non eſt ἐπιδημία, ſed ἔνδημος νόσος.

Επίσκιον χεῖρα ὀμμάτων ἀντέχων. Soph. in Oedipo, id eſt, mettant la main ſur les yeux, ombrageant ſes yeux de ſa main.

Epiſtomia ſunt quæ Galli *jaus* vocant, ou *Robinets*. Jaus à forma roſtri & criſtæ galli gallinacei.

Eraſmus perſpicaciſſimo vir ingenio, ſe ipſo haud dubiè futurus major (quod ſcribit Paulus Jovius) ſi Latinæ linguæ conditores imitari, quàm petulanti linguæ indulgere maluiſſet.

Eraſmi Chiliades excellentiſſimum opus. Nimius tamen fuit, & quandoque ſapit Germanum: videtur enim magnum numerum affectaſſe, eadem quater repetens. *Melancthon* huic proximus, pius vir fuit, & vario diſciplinarum genere tinctus potius, quàm eximiè doctus & alicujus ſcientiæ ad unguem peritus. *Geſnerus* tertias partes tenet, multæ ac variæ lectionis, ſummæque diligentiæ, auctor minimè contemnendus. Hi tamen tres ſimul componendi. Magni locorum collectores fuerunt potius, quàm ſuum aliquid in medium proferentes. Quod vitium cum omnibus Germanis familiare habent. Duos tantùm excipio, *Georg. Agricolam*, & *Beatum Rhenanum*, quorum ille non minus eruditus, & in cenſendâ metallorum naturâ curioſus fuit, quàm verè impius, nulli

addictus religioni, ut poſt mortem vix ſepeliri meruerit. Pater meus Jul. Scaliger duas orationes ſcripſit in Eraſmum, primam in Ciceronianum Lutetiæ impreſſam apud Vidogum; alteram in eundem, quâ aſſerit ſe prioris auctorem.

Ergaſtulum officina erat, quæ dabatur ſervis pro carcere in quo laborarent.

Erda apud veteres Romanos ſtercus erat, ut videre eſt apud Senecam lib. 6. cap. 16. De Benefic. unde *homerda* hominis ſtercus, *bucerda*, bovis ſtercus, *mucerda* murisſtercus.

Erica eſt quod Galli *ageons* vocant: nam à Varrone flos illi luteus aſſignatur, non purpureus, comme à noſtre bruiere.

Ero, Eronis. *un Cabas*. Vitruvius, *Eronibus aggerenda eſt calx*; ſic enim reſtituenda lectio.

Erotianus. Lexicon Erotiani extat Genevæ apud Henricum Stephanum excuſum, apud quem invenias auctores mirè depravatos; quippe qui φιλαυτίᾳ laborans temerè quicquid diſplicet, immutat & corrumpit. Non ita Plantinus Antuerpienſis, fideliſſimus Typographus; edidit Lucretium correctiſſimum.

Eugubinus. Auguſtinus Eugubinus in Libro *perennis Philoſophiæ*, brave. Divinus liber à Scaligero inſcriptus eſt. Quod igitur excellens ſit ille liber, vel hac ſolâ exiſtimatione colligere potes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Ευϐίοτοι aves dicuntur, quæ utuntur parabili victu.

Quod in Evangelio Joannis dicitur cap. 18. verſ. 31. ἡμῖν δ' οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι, mirum eſt id eſſe detortum à Pontificijs. Nam tantùm abeſt, ut Miniſtro verbi divini liceat hominem capitis damnare, ut omnis adminiſtratio civilis ei adempta ſit. Et ſanè hæc verba Evangelii non tantùm prolata ſunt à Collegio Sacerdotum, ſed etiam à conſilio Hieroſolymitano: non enim tantùm ille cœtus, qui Chriſtum ad mortem poſcebat, ex Sacerdotibus, ſed etiam ex aliis, qui non erant ex tribu Levi, conſtabat. Certè omnibus jus gladii ademptum fuit, Hieroſolymitanâ Tetrarchiâ morte Archelai in provinciam redactâ, & per Procuratores Cæſaris adminiſtratâ. Ut autem Chriſtus exaltaretur in crucem, & illi manus & pedes perforarentur ex vaticinio Pſalmi 22. Romanis tradendus erat, qui uni ex omnibus populis damnatos in crucem tollebant: non enim id ſupplicium erat Judaïcum.

Extale eſt procidentia podicis. Unde apud Marcellum Empiricum; *Si extale prociderit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

F.

FAſcinum. Tantum abeſt ut veteres, alias ſuperſtitioſi, partem illam quâ viri ſumus, faſcinari poſſe exiſtimaverint, ut figuram pudendi virilis ad faſcini omne genus expugnandum valere crederent: unde pueris veretilla è collo ſuſpendebant; & hinc factum, ut pars illa faſcinum vocaretur. Ergo non faſcinabatur pars illa, quæ faſcino adverſabatur.

Φαλακρὸν dicitur quicquid altum deſinit in faſtigium.

Fernelius bon gaigne-denier, qui entra en credit pour avoir facilité l'accouchement de la Reine Mere. Habuit ſalaciſſimam filiam, cui dedit decem millia aureorum pro dote.

Ferrerius, bonus Medicus, Philoſophus, Genethliacus.

Flaminius in ſuo ſcribendi genere facili & expedito, Buchanano non abſimilis. Argumento quidem inferior, ſed puriſſimus & ſuaviſſimus.

Fluvii in arboribus ſunt fibræ.

Fluſſas Candala, malè. Quia primùm malè legitur apud Cæſarem *Fluſſates* pro Eluſates, refragantibus tam ſcriptis quàm antiquitus editis codicibus. Deinde non poſſunt eſſe Fluſſates *Fluxii* noſtri, etiamſ

concedamus Fluſſates rectè legi : nam illos Fluſſates Cæſar ponit in ſuâ Aquitaniâ, quæ Tranſgarumnana eſt : at Fuxii noſtri ſunt Ciſgarumnani. Tertia ratio, quia Fluſſates ſunt populi : ſed illuſtres vel nobiles familiæ non cognominantur ab ullâ natione, ſed ab ipsâ domo, ut Comites à Pictavio, non vocabuntur Pictavienſes. Diana à Pictavio, non Pictavienſis. Ainſi Monſieur de Candalle ſeroit François Foixin, & non de Foix, ſi *Fluſſas Candala* eſtoit bien dit.

Franciſcus Foxius Candala, Princeps Mathematicorum noſtri temporis, maximè verò Geometrarum : Excellens Mechanicus, ex domo illuſtri, id eſt, de Princes Souverains. Porro iſtud innatum eſt toti familiæ Candallorum, imò & mulieribus, ut Mathematicis diſciplinis operam dent.

Forioſus. A foriâ, id eſt, ſtercore liquidiore ; dicitur à foras adverbio, Laberius. *Forioſus es, cacas in coleos.*

Forus vinarius, ce qui eſt vuide alentour du preſſoir.

Hieronymus Fracaſtorius excellens Poëta in Siphyli.

Fuchſius. Leonardus Fuchſius, nihil aliud quàm farrago variorum locorum hinc inde tranſcriptorum. Infans planè deprehenditur in ſuis ſtirpium commentariis. Pater Jul. Cæſ. Scaliger bonam faculta-

tum partem in conquirendis ſimplicium naturis, & ex longinquis regionibus adſportandis, conſumpſit. Herbas verò ſuapte manu vivis coloribus pinxerat : ſed ubi primùm Fuchſii libri de *Natura ſtirpium* illi ſunt allati, in quibus nonnulla, quæ Pater annotaverat, ipſe ſcripſerat ; deſtitit ab incœpto negotio, aut certè languidiùs agere cœpit.

Φύσκια legendum apud Dioſc. cap. 128. lib. 2. non σφηκιὰ. σφηκιὰ eſt favus veſparum. φύσκια veſiculæ.

Φῶδες ſunt φλύκταιναι, ampullæ ex igne, & contuſione, & attritu calciamentorum.

G.

G*Alatinus* in fine operis ſui multa proponit de Euchariſtiâ, quæ adeo aliena ſunt ab ejus propoſito, ut vix digna ſint quibus legendis opera detur. Plurima ſunt ejuſmodi in illo opere, alioquin in quibuſdam utili, addo etiam neceſſario. Hoc opus eſt Epitome & Breviarium ingentis operis, cui nomen, *Pugio fidei adverſus Iudæos.* Iſte Franciſcanus tacuit nomen veri auctoris.

Galea. Olim galeæ ex diverſorum animalium pellibus conficiebantur : & quia ſæpe ex felinâ pelle, γαλέαι dictæ. γαλῆ enim felem vel ſimile animal ſignificat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Galenus fuit in Logica Chryſippeius & Stoïcus.

Γαγγραινα eſt carnis corruptio, ut oſſis σφάκελος, idque cùm malum permanavit ad medullam propriè. Inde apud Rei Ruſticæ auctores, cùm medulla arborum tentatur, hoc vitium vocatur σφακελισμός.

Gallia. Nulli ſunt hodie in noſtra Gallia genuini Galli: ſed omnes fere extranei, aut ab extraneis nationibus orti. *Franci* ſunt Francones è Franconia. Burgundiones ſunt Germani, qui infra Saxones ponuntur à Ptolemæo. Picardi ſunt Flandri. Normanni ſunt Daci, unde *Nortman* Septentrionales ſignificat. Pictones ſunt Picteri Scoti. Pictavis olim *Auguſtoritum* vocabatur: ſed à populis illis Picteris vocatis, *Pictavis* vocitata eſt. Guiennenſes, Vaſcones, Bearnenſes, & Baſquæ, ſunt Hiſpani; Narbonenſes & Provinciales, Itali, & ſic de cæteris. Unde nemini mirum videri debet, ſi tam variis linguis loquantur, qui earum rudimenta à tam diverſis popularibus didicerunt: & quod mirabilius in hac re videtur, Bearnenſes Baſquis accolæ, ne verbum quidem eorum linguæ intelligunt. *Druſus Nero* frater Tiberii Cæſaris, privignus Auguſti, primus Galliam exploravit.

Gens, eſt propriè *la parentelle* ou parentage, & comprend pluſieurs familles, ut

gens Rupipozæorum, gens Scaligerorum. Ad affines uſque extenditur.

Germanus. Non minus ſapit Germanus ebrius, quàm ſobrius.

Geſnerus, vide in voce Eraſmus.

Geſtationem Græci medici in lectica ἑώραν vocant vel αἰώραν, à verbo αἴρεσθαι, id eſt tolli, quod ferebatur ab octophoris. Unde quod ait Pater lib. *de Plantis Ariſtotelis*: Vos nihil aliud quam geſtari cupitis, vous voulez qu'on vous porte, intelligit.

Gibber. boſſe par derriere. Strumæ, boſſes par devant.

Goveanus doctus erat vir, & valens Dialecticus, optimus Poëta Gallicus; nec enim Hiſpanum judicaveris, adeo bene Gallicè loquebatur.

Goveanus in Vallium Senatorem Toloſanum.

Dum tonat, in cellas propero pede Vallius imas
Confugit, in cellis non putat eſſe Deum.

Vallius reſpondet.

Antoni Goveane, tua hæc Marrana propago
In cælo & cellis non putat eſſe Deum.

Gramia. à λήμη, lama, glama, grama, gramia, quorum poſtremum in uſu eſt.

Grammatica. Utinam eſſem bonus Grammaticus; ſufficit enim ei qui auctores omnes probè vult intelligere eſſe bonum Grammaticum. Porro quicunque doctos viros, Grammaticos pour tout potage

vocant,ſunt ipſi indoctiſſimi,idque ſemper obſervabis. Non aliunde diſſidia in Religione pendent,quàm ab ignoratione Grammaticæ.

Γρῦ : Quod Græci dicunt γρῦ à porcis grunnientibus,Latini & Galli *mout* dicunt à canibus, qui dicuntur mutire ; quando irritati non reſtringunt dentes ; at ſi reſtringunt, dicuntur hirrire.

Julius Guerſenſius vir admirandæ memoriæ à natura ; ſed plumbo maximè eget. Apices tantùm ſummaque ſcientiarum capita potius ſectatur ad oſtentationem, quàm medullam & particularia. Guerſenſius eſt un bel eſprit, & qui a la langue Latine & Françoiſe à commandement. Mais il eſt aiſé à voir par ſes diſcours,que ſon ſçavoir luy eſt acquis *per compendium*. Nunquam legit commentaria omnia in Ariſtotelem(ut ipſe gloriatur)imò nec integrum Ariſtotelem, ut librũ de Animalibus, nec etiam Theophraſtum de Plantis. Nec Tertullianum, nec poëtas Græcos (in quibus intelligendis ac interpretandis, ut & antiqua lingua Latina, maximè laborat) Bref il eſt fort excellent parmi ceux qui n'en ſçavent gueres, comme entre les Courtiſans. S'il les euſt ſuivis,il euſt ſans doute eſté grand, & Eveſque aujourd'huy. Ses vers Latins & François ſont de moyenne étoffe, & *longè inferiores* à ceux de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Sainte-Marthe. Mais ce qui les fait trouver bons, c'eſt l'invention & l'air qu'il leur baille en les prononçant.

Il ne veut eſtre aucunement repris, encore qu'il faille manifeſtement. Il n'eſtime perſonne habile & n'en fait aucun cas. De *Ramus* il m'a dit que c'eſtoit l'homme, duquel il euſt plus deſiré ſauver l'honneur: mais que ne diſant rien qui vaille en la pluſpart de ſes livres, & penſant dés qu'il avoit mis le nez en quelque ſçience, en ſçavoir plus que les Maiſtres d'icelle, voire & les reprenant, il luy eſtoit impoſſible le pouvoir eſtimer & ſauver des juſtes reprehenſions qu'on luy objectoit; bien qu'il eſtoit grand dommage de ſa mort.

Guerſens eſt un excellent homme pour vivre entre les hommes du preſent, mais non pour l'avenir. Nihil enim facit æternâ dignum luce, nec quicquam profert quod ab aliis non ſit mutuatus. Legit diligenter Cardanum; unde cùm illi dicerem, au Diable ſoit le Cardan, tant il empeſche de jeunes hommes d'eſtudier, erubuit ipſe, nihilque reſpondit.

Neſciebat Guerſenſius Lucretium ex profeſſo in gratiam Epicuri contra Ariſtotelem & alios Peripateticos diſputaſſe, nempe ut ſuam Epicuream adſtrueret opinionem: indeque vult dogmata ipſius Lucretii ad Ariſtotelis ſententias accom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

modare, idque perperam. Denique Guerſenſius non minus ſuâ doctrinâ mirabilis, quam vitâ cynicâ, ſordidâ planè & Diogenicâ ridiculus. In Religione anceps & non ſatis ſibi conſtans, ne quid pejus dicam. Gabriel Minutius omnino Guerſenſio ſimilis, ſive ſtultitiam conſideres, ſive acumen ingenii, ac portentoſæ memoriæ rationem habeas.

Guillandinus. Scripſit Joſ. Scaliger adverſus Melchiorem *Guillandinum* Paduenſis horti Præfectum in tria capita Plinii de Papyro. Nondum liber editus eſt.

H.

H*Ebraicæ* linguæ ignarus erat Jul. Scaliger; unde natus error in etymologia nominis, Jeſua, libro de Plantis Ariſtotelis comm. I.

Apud *Hebræos* Medici ſervi non erant ut apud Romanos.

Heliogabalus. Græci nomina barbara ad eum ſonum deflectunt, qui proximè abeſt ab helleniſmo; unde Heliogabalo nomen fecerunt à ſole, cùm verum nomen ſit *Alagabalus*, id eſt, Deus Gabalitarum, ut videre eſt in numiſmatis.

Heluo colore, vin de couleur paillette, qui urinam ciet. H. Steph. 64.

Hermolaus Barbarus, Politianus, Picus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Mirandula, Leonicenus, Gaza, lumina & flores Italiæ fuerunt.

Heſiodus vetuſtiſſimus rerum Aſtrologicarum ſcriptor & Theologiæ veterum Græcorum.

Heſychii & Erotiani Lexica ad Hippocratem intelligendum maximo erunt adjumento; quorum hic ex profeſſo ipſius Hippocratis dictiones exactiſſimè perpendit enarratque, ille verò fuit optimus Grammaticus.

Hircuitalire, non Hircire, dicitur de iis qui ad pubertatem pervenerunt, idque proptérea quod axillæ illis malè oleant. Sentir le bouc.

Hiſpalis urbs eſt Seville. Malè ergo legitur apud Patrem *Hiſpalicis navigiis* pro Hiſpanicis.

In *Hiſtoria Eccleſiaſtica Magdeburgenſium*, ſunt mala, ſunt mediocria, ſunt bona plura: Quæ quoniam à pluribus ſcripta eſt, haud facilè eſt de unoquoque ferre ſententiam.

Homeridæ ſunt ὕμνοι, non ipſius Homeri, ut & βατραχομυομαχία.

Horatius emendatiſſimus auctor, ut dicebat Auguſtus.

Hoſpitalius, Poëta fuit humilis. Nec ejus opera ſapiunt ſtylum Horatianum ſed bene Patris plurima: quod multi hactenus putarunt.

Hotomannum

Hotomannum ſola dictio Latina commendat ac eloquentia. Cætera, pauvre homme.

I.

ICHneumon formam habet parvi canis; inde Hebraicè Calbith, id eſt, canicula, ingreditur in os Leviathan, id eſt Crocodili. Canis aquæ dicitur Arabicè; ἰχνεύμων Græcè, ἀπὸ τοῦ ἰχνεύειν *indagare*, quod canum proprium eſt.

Nomen יהוה non habet puncta ſua, ſed puncta nominis אדני Adonai, hoc eſt, κύριος.

Illuſtris domus, c'eſt une Maiſon de Prince Souverain, de eaque ſolâ propriè dici poteſt. Illuſtres olim ante Conſtantini tempora dicebantur, tum qui ſtudiis litterarum, tum qui armis excelluerant; unde Suetonius de utriſque librum ſcripſerat. Verùm temporibus Conſtantini aliter uſurpari hoc nomen cœpit, & Principibus tantùm attribui, qui id fortiter pugnando obtinuerant, nec ad poſteros eorum extendebatur: at tandem abuſu quodam & ad hos dimanavit, ut jam illuſtres dicantur, qui Principum filii ſunt. Paulus Jovius veterem illum morem Suetonii in ſuis Encomiis imitari videtur, qui tres illuſtrium virorum ordines laudavit, litteratos, bellatores, & artifices inſignes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Imago ipſa, aliud eſt ab imagine ipſius, ut in Virg.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Incruſtare, ait Acron in illum Horatii locum in Satyris *ſincerum cupimus vas incruſtare* allegoricῶs de bono viro, quaſi de bono vino, virtutem vitio polluere. Incruſtari vas dicitur, cùm aliquo vitioſo ſucco illinitur. Vel etiam vaſa, cùm ſunt fracta, incruſtantur, hoc eſt cooperiuntur auro. Turnebus in Adverſariis conſulendus, cujus in hunc locum verba deſinunt per hos Lucilii verſus *Nam vel regionibus illis*

In cruſtatu' calix ruta caulique bibetur.

Lambinus hunc verſum Lucilii citat, ut oſtendat incruſtari ſolita vaſa, vel lapide, vel tectorio, vel herbâ, intrinſecus. *Incruſtare*, non modò inducere, enduire Gallicè, à cruſtâ; ſed & propriè quod Dioſc. δεύειν, id eſt, tingere ſeu imbuere ſignificat. Vide ſex aut ſeptem locos in eo ſignificatu, pro delibutione ſcilicet, apud Scribonium Largum, optimum linguæ Latinæ auctorem, qui ferè coætaneus fuit Horatii, temporibus Tiberii Cæſaris. Vide etiam apud Acronem qui citat Lucilium vetuſtiſſimum Grammaticum, qui in eo ſignificatu ſumpſit propriè incruſtare. Quod quidem hactenus à paucis animadverſum eſt.

Infriare eſt briſer, puta du ſel ſur une aſſiete, aut quid ſimile. adfriare verò

frayer entre les doigts, épandre, ou épicer & ſaupoudrer quelque choſe qui s'amenuiſe.

Inſignes pueri veteribus vocabantur, qui aliquâ parte mutili erant. Quæ mihi inſignes pueros pariat, compernem, aut bronchum, aut valgum, aut variis tibiis. Cicer. 2. de Legib. tanquam puerum inſignem ablegare, id eſt, exponere.

In Senatum ſententiam dicere, pro, in Senatu, Cicero antiquâ linguâ; quod multis locis in Cic. corruperunt ignari antiquitatis.

Inſomnia. δυσκοιτία Terent. & Salluſt. vocant inſomniam. id verò pulchrè hoc verſu exprimitur.

Et toto miſerum juvenem verſare cubili.

Nihil enim aliud eſt quàm efficere ut δυσκοιτία ſit amanti. Terent. *horſum te adegerit inſomnia.* Non, *adegerint*, ut corrigendum putant les Magiſters. Idem vult & Poëta.

Hoc quoties didici fractus utroque toro.

Id eſt utraque ſponda, δυσκοιτῶν propriè. Eſt itaque in lecto jactitatio, & pervolutatio; Latini vocant *inambulationem lecti.*

Interfeminium apud Apuleium in viris & mulieribus, perinæum vocatur, Raye du cul.

Interpolant veſtes fullones, γνάφουσι τὰ ἱμάτια ἱπποφαὲς, id eſt ex veteribus novas efficiunt, regrattent; ἐκπλύνει σε apud Ariſtophan. *interpolet te.*

Joubertum vidi Monſpelii, qui mihi ſatis doctus videtur.

Dominus de Saint Jouſy excellentiſſimus mechanicus, ſi quis alius. Notas numeroſque omnes antiquorum numiſmatum, ignotamque ſcripturam inſcriptionum, omnium primus divinavit. Pictor adeo induſtrius, ut ſemel modò viſum abſens exprimere ac reddere melius poſſit, quàm quivis alius pictor præſentem. Sed quod eximium in eo eſt, Muſicæ antiquorum ſumma peritia, quam callet omnium optimè, de eaque librum juſtæ magnitudinis propediem editurus eſt. Fuit convictor Joſ. Scaligeri, Valentiæ Delphinatum.

Iſidorus multa ex veterum libris, quibus hodie caremus, eaque optima tranſcripſit; ideo illum velim habere. Doctis utiliſſimus eſt.

Juvenalis excellens, & où il y a de belles choſes. Satyræ tragicæ. Miror autem, cur ſe dicat ſcripſiſſe ſtylo Lucilii: nam nihil eſt diſſimilius, & phraſi Horatianæ.

Paulus Jovius mendaciſſimus: & Guicchardino inferior, nimis affectato & luxuriante ſtylo potius, quàm caſtigato utens.

L.

L*Aciniosa folia* Dioſc. lib. 4. cap. 169. Scal. qui font des plis; nam *laciniæ* ſunt propriè les plis d'une robe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Lacum antiqui vocabant foramen ſub terrâ excavatum.

Pauci *Latinè* ac Romanè loquuntur, multi Grammaticè, ut Germani plurimi. Multi verſificatores etiam, pauci Poëtæ.

Lambinus erat vir bonus & doctus, qui Latinè & Romanè loquebatur, optiméque ſcribebat.

Legere (+) *non intelligere, nec legere eſt*, Sic apud Catonem legendum, non autem ut vulgò, *negligere eſt*. Error manavit ex veteri ſcripturâ non intellectâ: G enim pro C & contra, ſcribebant ſæpe librarii, & ex duobus verbis unum faciebant.

Lemovicium, Limouzin. Comprehendit hæc Seneſchallia duos Epiſcopatus, Ratiaſtum *Limoges*, & Tutelam *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalenſi. Notandum in Cæſaris Commentariis ſæpe legi Lemovicum pro Limonum, quæ parva urbs eſt in agro Pictavienſi, *Limons* vulgò dicta. Vide Itinerarium Antonini Imperatoris.

Lenibus lignis, Latiniùs dicitur, quàm lento igne. Sunt autem illa ligna, quæ Græcis ἄκαπνα ξύλα, id eſt, qui ne font point de fumée.

Leonis Hebræi pulcherrimæ ſunt Metaphoræ, & valde plauſibiles: Sed has non moror, nec ſoleo libenter legere, quòd veræ non ſint: & qui id in ſacris auſi ſunt tentare, ut recentiores Græci, Origenes,

Chryſoſtomus, & alii, omnia corruperunt. Eſt tamen quando his parabolis & metaphoris utendum ſit, ad vulgi animos capiendos & perſuadendos; quod & ipſe Chriſtus ſæpiſſime præſtitit, ſeſe ad auditorum captum accommodans.

Leonicenus à Patre ſemper inprimis commendatus, & Medicorum ſui temporis facilè princeps judicatus.

Lepidium eſt herba, ab affectu ſic appellata, quod ſcil. τὰς λεπίδας hoc eſt *maculas faciei* deleat & repurget. Servi compuncti notas lepidio tollebant: ſed poſtquam hoc animadverſum eſt, candenti ferro inuri cœperunt.

Le nom de *liévre* en langue Hebraïque s'exprime au feminin, comme en Latin celuy d'Aquila; quia difficile eſt ſecernere ſexus in lepore, propter tumores ſanioſos, teſticulos referentes in fœmellis prægnantibus repertos. Ce qui joint à la fecondité de cét animal, a fait croire aiſément qu'il eſt hermaphrodite. Mais l'erreur de ceux qui ont creu que la chair de liévre embellit la face de ceux qui en mangent, eſt ſans fondement, & n'y a en cela que la reſſemblance des mots *lepus leporis*, ſecundâ brevi, & *lepos lepôris* ſecundâ longâ.

Leporarium propriè dici debebat locus, in quo lepores includebantur. Sumitur tamen pro eo quod vocamus *un Parc*. Leporaria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

aliter vocantur *Robuſtea* & *Roborea* vel *Vivaria*, quia viva animalia in iis includebantur. Vulgò vocamus *Parc*; L mutato in R; nam *Palc* dicendum erat, ut pote quod de iis vivariis propriè dicatur, quæ palis circundabantur & concludebantur: cujuſmodi *Parcs* multi ſunt apud Petracorios. Vide Gellium ex Oratione Scipionis Africani.

Libri. Sunt qui non calent niſi ſordibus. De his dici poteſt, qui neglectis frugibus, glandibus adhuc veſcuntur. Qui ſpretis claſſicis auctoribus doctiſque viris, indignos illiteratoſque libros habent in deliciis; ut puta qui neglecto Cujacio, Hotomannum admirantur: ut apud Petronium Arbitrum ancilla ait heram ſuam non calere niſi ſordibus, id eſt, viris Romanis illiberalibus, ſutoribus, piſtoribus & ejuſmodi; cùm ipſa amaret generoſos nobileſque Romanos.

Λιγνυῶδες σπέρμα cap. 122. lib. 1. Dioſc. Ruell. *fuliginoſum ſemen*. Scal. de couleur de ſuye. propriè verò dicitur *λίγνυς* de fuligine piceâ ex igne tædarum; quâ verò perfuſi ſunt fabri ferrarii & carbonarii vocatur *μαρίλη*.

Langue. L'eſtude de la langue Grecque & Hebraique eſt contraire l'une à l'autre; car les commencemens de la langue Grecque ſont fâcheux & déplaiſans; mais le

progrez en eſt facile & plaiſant. Au contraire les commencemens de la langue Hebraïque ſont faciles ; mais le progrez en eſt ſi difficile & fâcheux, que je ne ſçache homme vivant qui l'entende bien, tant s'en faut que Prothaiſe la ſçache ; Mais c'eſt qu'il en ſçait quelques principes, & s'eſtime par là fort ſçavant.

Pater Jul. Scaliger callebat has linguas, Græcam, Latinam, Gallicam, Arabicam, Sclavonicam, Græcam vulgarem, Ungaricam, Germanicam, Italicam, Hiſpanicam, Vaſconicam. Cæterùm Vaſconicam & Gallicam tam bene pronuntiabat, ut non potueris cognoſcere, num extraneus fuiſſet. Sanè Latinè & Romanè loquitur, ſtyloque Pliniano & verè Philoſophico. Multus erat in etymologiis ſæpe falſis, ut Varro etiam: ſed oſtendo apud Varronem quæ veræ ſint, quæ falſæ. Linguæ noſtræ Gallicæ potior pars ex publicis inſtrumentis quæ Latinè ſcribebantur, conflata eſt. Fruſtra laborant *Perionius*, *Henricus Stephanus*, & alii, in Gallicæ linguæ ex Græcá repetendâ origine, ac utriuſque cognatione probanda, quaſi res ita ſe haberet ; cùm certiſſimum ſit, & hanc, & Hiſpanam, Italamque à Latinâ Romanâque corruptas fluxiſſe. Hinc non mirum ſi ſæpiſſime ineptiant in ſuis etymologiis frigidiſſimis ; ut vel ex hoc uno Perionii exemplo patet, qui

Maiſon deducit à Græco οἶκος, cùm ſine dubio originem trahat à manſione.

Lingua Perſica, cujus Grammaticam abſolvi, perpulchra eſt & paucis verbis contenta, ut facilè diſci poſſit, & intra dies octo ejus præcepta Grammaticalia intelligi. Nihil illi cum Hebraicâ commune eſt; ſed perplura vocabula habet Germanica, Pere, Frere, Sœur, & ſimilia, quod ſanè mirum eſt.

Lingua Hebraïca à Chaldæa, Syriave, ſi characterum & litterarum diverſitatem excipias, non aliter differt, quàm Francica à Pictonicâ, vel ſaltem Latina ab Italâ. Non tantùm verò harum trium linguarum characteres varii ſunt; ſed cujuſque linguæ harum trium libri ſinguli, diverſis & contrariis ſæpe notis ac characteribus deſcribuntur, ut hactenus plurimi Auctores ſepulti jacuerint propter figurarum litterarumque ignorationem; quos aliquando, Deo dante, excitabimus, ac in lucem proferemus, ut qui facilè illas omnes difficultates exercitatione uſuque longo ſuperare didicerimus. Quidam mercator me admonuit Syriacâ linguâ ſcriptos plurimos haberi libros in urbe quadam, blattis & tineis eroſos, quos facillimè poſſum parare, & in luminis oras proferre, idque, Deo juvante, faciam. Utinam tam bene Arabicam linguam tenerem, atque Syria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

cam ſcio aut Chaldæam; multos enim libros pulcherrimos à nullo dum converſos, Latinos facerem, & jam verſos emendarem. Multi ejuſmodi libri Arabici extant in arte medicâ, & inter cæteros Avicenna corruptiſſimus. (*Il y a en marge.* Ab eo tempore didicit.) Linguam Arabicam Pater Jul. Scaliger callebat, nec ejus omnino ſum ignarus, nec Germanicæ etiam, & n'y a langue qui m'étonne, ſi vel minimum operæ impendam. *Il y a en marge*, Ab eo tempore utramque didicit, & præterea Æthiopicam & Perſicam. Gloriari ſe poſſe dicit Joſ. Scaliger, plus præſtitiſſe ſe in linguâ Latinâ ſine veteribus codicibus, quàm alii omnes cum iis. Cujus rei fidem facient ejus opera. Nullus eſt in veterum librorum collatione Joſepho Scaligero expeditior ac promptior, ut in codice Catulli, Tibulli, Propertii manuſcripto, illique à Domino Cujacio miſſo obſervavi, quem intra duos aut tres ad ſummum dies cum ſuis contulit. Hoc autem exemplar deſcriptum erat anno Domini 1469. Nemauſique à Dom. Cujacio inventum eſt.

Dixi Joſ. Scaligerum à nullo unquam Lexico aut Dictionario adjutum in ediſcendis linguis, ſed ſuâ induſtriâ ac labore omnia conſequutum eſſe. Addo quod ille mihi naravit. Cùm prioribus civilibus bellis Lutetiæ apud Bibliopolam quendam

Poſtello amiciſſimum maneret; accidit ut ipſe Poſtellus redux ab exilio in quod relegatus fuerat propter *Joannæ Matris* hæreſes, apud Bibliopolam Scaligeri hoſpitem diverteretur, & quem antea videre exoptaverat Scaliger, tribus tantùm diebus convictorem habuit; ſtatim enim in carcerem à Senatu conjectus eſt, cùm tamen ſperaret anteactæ vitæ fœdos errores Papiſticâ vitâ poſſe obſcurari. Is igitur Poſtellus cùm diligentiam Scaligeri in Græcis valde laudaret, perſuaſit ut eandem operam in Hebraïcâ, Chaldaïcâ, Syriacâque linguâ poneret: miranda quippe myſteria in his eſſe linguis, optimoſque, lectuque digniſſimos auctores apud Hebræos haberi, qui nondum in alienigenas linguas verſi eſſent, quorum cognitione privaretur, ſi Græcæ modò linguæ inſudaret. Tanto inſtigatore ac commendatore, animum ad has cognoſcendas adjecit, tantumque profecit, ut tribus aut quatuor poſt menſibus, cùm eſſet à Toufou cum D. Caſtanæo Rupipozæo, ad ipſum Poſtellum litteras Hebraïco idiomate ſcripſerit.

Ubi vel minimum alicujus linguæ intelligo, ut Germanicæ aut Arabicæ, ſtatim Grammaticam illius, regulas, & analogiam ſcio; cùm enim linguas omnes ſine Grammaticâ & Dictionariis didicerim,

mihi ipſi uſu & exercitatione artem confeci, ut meritò dicere poſſim, quod olim Goveanus cùm inopinatò aliquod argumentum bonum confecerat, *per diem*, inquit, *ego ſum valens Dialecticus* : ita ego cùm ultro ſe offerunt verborum omnium analogiæ, *per diem ego ſum valens Grammaticus.*

Quicunque ſibi comparaverit, quod ego magno cum ſudore acquiſivi, *aura prou fait.* Id verò eſt linguarum exacta cognitio, & auctorum omnium interpretatio, ac correctio eorumdem corruptorum, quamvis artem ipſam quam tractant, ignorem; quod quidem nobilium litteratorum eſt.

Litteræ. Inter eos omnes qui bonas litteras ſuſcitarunt in Italiâ, invideo tantum tribus his, *Theodoro Gazæ*, magno certè viro & docto, qui tamen in librorum Ariſtotelis de Animal. verſione lapſus eſt aliquibus locis. *Angelo Politiano* excellenti Poëtæ, in omnibus aliis præterquam in Epiſtolis, quarum ſtylum imitari nolim Cænimis elatum & oratorium; ſed potius Cæſaris, Caſſii, Planci, Bruti, & aliorum apud Ciceronem, maximè verò Matii & Cæcinæ, & Plinii ſecundi, qui tamen non eſt ſuperioribus conferendus, ut nec Cicero qui non ſimplici ſtylo ſæpiſſime utitur. Tertius eſt *Picus Mirandulanus*, de quo alibi.

Lix,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Lix licis , apud vetuſtiſſimos Latinos cinerem ſignificat & aquam , unde Aquatores in caſtris *lixæ* dicuntur : & ſanè propius vero eſt , ut *lix* licis ſignificet aquam , quàm cinerem ; quia lix & liquor ſunt ejuſdem originis. A lix, lixium, Græc. ἀκτὴ, quia percolabatur olim per qualum.

Longolius non ſuo ſenſu , ſed Ciceronis loquutus eſt, dum non ſtylum Ciceronis, ſed ipſiſſimas phraſes , adeoque ſententias tranſcribit.

Lucanus violentiſſimum & terribiliſſimum ingenium , Il en avoit trop , & ne ſe pouvant retenir , il n'a ſçeu que c'eſtoit que faire un Poëme.

Lucretius , bonus liber eſt , nec melior alius Auctor linguæ Latinæ. Virgilius ab eo multa deſumpſit.

Λύειν propriè dicuntur fundi, qui ſumptus reficiunt , & poſſunt dici λυσιτιλεῖς.

Lutherus doctus vir in Hebraïcâ linguâ, ex quâ bene Biblia vertit ; ſed Calvino inferior.

Siccâ Lunâ ſi tondearis, aut barbam radas, id eſt, intermenſtruo , vel etiam decreſcente Lunâ , capilli tardius creſcunt. De unguibus eadem eſt ratio. Hoc notat Varro lib. de Re Ruſticâ , quod & ſæpe expertus ſum. *Luna cava* , decreſcens : *ſicca* , intermenſtruum ; idem interlunium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Lumbago apud Verrium Flaccum eſt νεφρῖτις, lumborum dolor.

M.

M*Actum* veteres Romani vocant auctum. Herbam adultam Cato vocavit mactam, nempe quòd ita aucta eſſet. Macta hoſtia, cùm frugibus & mola aucta erat; ſic macta ara, quòd verbenis aucta & cumulata. Poſtea mactare hoſtiam, *procedere hoſtiam* dicebant, ne ſcilicet cædem nominarent, quia nunquam cædebatur niſi frugibus macta eſſet. Nunquam autem mactabant hoſtiam, quin dicerent, Macta eſto hac molâ ſalsâ. Sic cùm Deo alicui vinum libabant, *Macte hoc vino eſto* dicebant in vocandi caſu, quod eſt τεχνικὸν Grammaticorum; nam, Mactus eſto dicendum erat. Sic Perſius, *Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis*, pro milleſimus.

Μὰ Δία, ſemper negat.

Magnarius, c'eſt un groſſier, qui vend en gros; Apuleius & veteres inſcriptiones; ut τεμαχιϛὴς, qui vend en détail, dicere poſſumus, *minutarius*.

Μαίνεσθαι & inſanire verba, veteres tam Græci quàm Latini tam nomine fœcunditatis quàm vehementiæ & violentiæ uſurpabant, imò quidvis magnum *inſanum* vocabant. Plautin. *Niſi unum epityrum*

comedant inſanè , id eſt , vehementer. Hinc apud Theophraſt. terra ὑλομανὴς, quæ ubertim abundat virgultis , & materiâ lignorum ; & arbor ipſa dicitur ὑλομανὴς, quæ fertilitate ſurculorum luxuriat.

Μάλαγμα quod fingendo emollitum eſt, inde *malaxare malas*, bailler des ſoufflets, laſcivia comica.

Per *Marinam* veteres ſylveſtrem intelligebant , ut per olus & braſſicam Marinam, aut lactucam Marinam.

Μασχάλη *ala* dicitur ad ſimilitudinem alarum hominis ; oportet igitur eſſe cavitatem ut eſt ſub alâ hominis , qualis viſitur in dipſaco, braſſicâ & mille aliis. aliquando tamen μασχάλη à Dioſc. ſumitur pro πτέρυγος, id eſt, ſuperiore parte alarum , in qua cavitas non eſt , ut in capite de Androſemo 173. lib. 3. ubi ait habere μασχάλας ἐπ᾽ ἄκρῳ τεταρσωμένας , alas in cacumine utrinque expanſas pinnataſque.

Τὸ μαργάειτον, vel μαργαρίτης ; Margaritus tantùm dicimus Latinè , non Margarita, niſi barbarè ; ſed tranſeat.

Ego dico de *Martiali* quod ipſe dixit de ſe ipſo.

Sunt bona , ſunt quædam mediocria , ſunt
mala plura ,
Quæ legis, atque aliter non fit Avite liber.

Petrus Martyr feliciter initiatus , bien fondé in Philoſophiâ , Hiſtoriâ , linguis,

excellens Theologus, & ſtyli puri, ac quàm Theologum deceat, melioris.

Mathiolo in cognitione ſtirpium plurimum debemus: fuit enim diligentiſſimus, & à ſuis Italis eloquentiſſimus in ſuâ linguâ habetur, nec à Latinitate alienus in ſuis commentariis, qui denuo bis excuſi ſunt Venetiis ſuperiore anno.

Matrix ab imitatione Græcorum μήτερ. Animal ipſum quod parit, poſtquam peperit dicitur matrix. quia eſt nomen τῶν πρός τί. Laſciviâ tamen quâdam pro utero dixerunt.

Maſorethæ apud Hebræos ſunt, qui apud Græcos Critici dicuntur. Ii incertas & vagantes artis Grammaticæ regulas in ordinem coëgerunt; Bibliorum Sacrorum ſcripta apicibus ac punctis vocalibus, quæ Hebraïſmi anima eſt, exornarunt; ambiguas lectiones, concordantias, & quæ ſunt his cognata notarunt, ut in illorum criticis commentariis hodie videmus. Critica apud eos *Maſora* vocatur, de qua nihil reſtat hodie præter magnam Maſoram, quæ cum Bibliis edita eſt.

Mathematici. Pater Jul. Scaliger ſecum duos excellentes Mathematicos, Lucam Gauricum & Petrum Pomponatium domi aluit & fovit, ut Mathematicas artes addiſceret. Hi, omnes illius tempeſtatis in ſuâ arte longo intervallo ſuperabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Præter duos illos qui opera ſua ediderunt in lucem, habuit etiam Joannem Jucundum Veronenſem, qui illum prima Matheſcos elementa domi docuit, de quo Pater hæc in carminibus.

Jucundus geminos fecit tibi, Sequana, pontes,
Jure tuum potes hunc dicere pontificem.

Matronale unguentum, Pommade; ut Matronale vitrum.

Maxima vocatur emphaticῶs herba, cui flos ille eximius & maximus eſt. A Dodonæo Chryſanthemon nuncupatur. Au Perou, unde ad nos allata eſt, creſcit ad ſexaginta pedes; in Italia ad viginti. Vidi Lugduni apud Rovillium Typographum 17. pedes altam. Genevæ apud Coladonem 16. pedum & quid amplius; apud Portum 13. pedum. Pictavii apud D. de Terne viſitur 8. pedum. Flos ſequitur motum ſolis; quod ut facilius poſſit obſervari, caulis mediâ ſui parte tantum eſt ſuſtinendus, non capite. *Maxima* eſtur ut ſcolymus cum butyro, aut ut aſparagi, eſtque ſuaviſſima, ſed venerem ciet.

Melancthon vide in voce Eraſmus.

Mendaciis & falſis miraculis, putaverunt veteres ſe poſſe Regnum Dei provehere, in quo graviter errarunt.

Mercerus maximus Grammaticus, vir pius, & in exponendis ſacris litteris excellentiſſimus Hebræus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Le pays entre-deux Mers, pinguiſſimus tractûs inter Garumnam & Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudinem vocantur *maria* ab incolis. Duranius c'eſt la Dordogne.

Micula, eſt cyceon, ſeu farina craſſior: unde apud Corn. Celſum cap. 5. lib. 2. pro illo Hippocratis κειμνώδεα ponitur. Polentam etiam *micula* ſignificat, quod idem eſt. Peſſimè ergo R. Conſtantinus pro maculas vult reponendum aculas, cùm miculas reponere oporteat. Nam diminutiva hujus formæ ſervant genus primitivorum à quibus deſcendunt, ut à corpus, corpuſculum; ergo, ab acus, eris, non acula; ut iſte, ſed acuſculum dicimus.

Mille ſeſtertium, rectè dicitur velut apud Varr. *Cùm aliquot ſupra centum millium ſeſtertium habeant inſtrumentum.* Supra centum millium, ſupple pretium vel æſtimationem.

Milvus volat per horam integram alis prope immotis.

Millerais eſt nummus aureus Luſitanicus, cujus appellatio corrupta eſt, cùm verum nomen fuerit *Mulei-Rais*, ab Arabe Rege qui primus ejuſdem ponderis & valoris numiſma in illis partibus Hiſpaniæ percuſſit.

Μίχοι legitur apud Theophraſtum, ſed perperam, quamvis hanc lectionem pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

bet Theophraſtus. Dicendum fuit μόχοι.

Miſſilia, propriè dicebantur quæ jaciebantur ex theatro; nam hoc eſt mittere: proptereà ſemper legimus, Miſſilia diverſi generis jecit in populum; qualia ſunt numiſmata, poma &c. quæ in Conſtit. Imperatorum Conſtantinopolitanorum, & in hiſtoria Conſtantini vocantur ὑπατεία, quia à Conſulibus Miſſilia illa ſpargebantur, nonnulli *ſparſionis* nomine hoc intelligunt apud Statium.

Momentoſum non meminit ſe legiſſe Scal. non caret tamen analogiâ, ut argumentoſum. Plinius *argumentoſam picturam* vocat, qui repreſente bien & eſt naïve.

Monluc Epiſcopus Valentiæ inter Vaſcones diſertiſſimus, & mêmes un des plus diſerts homme de France.

Morbus Sonticus eſt morbus Comitialis; inde omnis cauſa legitima vocatur Sontica; vetus Poëta, *Sonticam eſſe cauſam oportet propter quam uxorem deſeras.* Dicta porro eſt Sontica à morbo Sontico, quia cauſa legitima ſolvendorum comitiorum erat morbus ille. Plautus in Captiv. loquitur de morbo, qui ſolet conſpui; quia veteres in omni averruncatione deſpuere ſolebant, tanquam huiuſmodi conſpuitio ad avertendam à ſeſe morbi perniciem conferat. Nos Galli ſolemus in his dicere, *Dieu vous ſoit en aide.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Plinius lib. 10. cap. 23. & lib. 28. cap. 3. monſtrat Epilepſiam eum fuiſſe morbum qui inſputabatur. Exiſtimo priſcos hac in re feciſſe, quod faciunt hodie in pleriſque regionibus, ut ubi Epilepticus vel occurrit, vel morbus nominatur, ſputum ſtatim emittatur.

Sapientiæ morbus duobus locis lib. 7. eſt complicatio ſtragulorum. κροκύλεγμος Græcis, floccorum lectio; Κροκιδίζω, ſive Κροκυδίζω, floccos lego, verbum eſt Medicorum de phreneticis dici ſolitum. Φρένες autem ſæpe prudentiam ſignificat. Φρενῖτις morbus quo ſapientia laborat, vel ægritudo ſapientiæ. Plin. lib. 2. cap. 51. inter ſigna lethalia ponit fimbriarum curam & ſtragulæ veſtis plicaturas in ſapientiæ morbo.

Mores bonos vocant Juriſconſulti, quando quis à pene & gulâ abſtinet. Denique boni mores luxui opponuntur. Unde Corn. Celſus in prœmio, *Plerumque ſanitatem contingere ob bonos mores, quos neque deſidia neque luxuria vitiarunt.* Bonos eodem prœmio vocat Celſus frugi homines, qui bonis ſunt moribus, qui ſobrii ſunt. χρηστοὺς Græci vocant.

Mortuorum corpora urebant veteres Græci, Homeri & heroicis temporibus; Cæteri omnes ab eo tempore recondebant in ἀγγείοις. Romani verò omnes uſſerunt corpora, exceptis quibuſdã familiis ut Corneliâ.

Primus autem è Corneliâ gente Sylla juſſit mandari flammis corpus ſuum, talionem veritus qui minoris Marii cadaver projici juſſerat; verebatur enim ne ſimiliter cadaver ſuum diſcerperetur ac projiceretur in mare.

Munſterus, Moutardier meritò à Guillelmo Peliſſerio olim Magalonæ nobis nominatus, indoctus & infans fuit.

Muretus. Pauci ſunt in mundo Mureti; qui ſi tam bene crederet in Deum, quàm optimè perſuaderet eſſe credendum, bonus eſſet Chriſtianus. Doleo obiiſſe Muretum, de cujus morte ad me ſcripſit Cujacius. Animus erat eum reprehendere in multis quæ peroptabam ab eo videri. Mihi dixit Dom. d'Abain tanti fuiſſe Joſ. Scaligerum Mureto, cùm Romæ eſſet ante ſex annos, vix ut unquam ab illo Muretus divelli potuerit, cujus doctrinam totus ſtupebat & admirabatur maximè.

Multivolus dicitur is, qui multas appetit puellas.

Muſivum & Muſaïcum opus Gallicè dicimus *à la Moſaique*, μȣσικῶς enim concinnè, ſcitè, eleganter ſignificat; ſive tanta cum concinnitate, quanta in muſicis modulis cernitur. μȣσικὸς eſt adjectivum; dicitur & μȣσεῖος muſivus & μȣσαϊκὸς muſaïcus, unde opus muſaicum.

Muſtea perna apud veteres eſt nova, non ſapida. Quare fallitur Pater in lib. de

Plantis. Nævius, *Quæ fœmina melior eſt?* Reſpondet, *virgo, ſi muſtea eſt.* Muſtum eſt vetuſtiſſima vox Tarentinæ linguæ. Græci veteres omnes novum vocant μόσχον, ut novellum bovem, *Veau* Gallis dictum, vocant μόσχον. Tarentini pro μόσχος dicunt μόσθος, unde Latini Muſtuum aut Muſteum. A Tarentinis multa ſunt mutuati Romani, nam vetuſtiſſima verba Latina ſunt Tarentina, id eſt, Dorica magnæ Græciæ, ſed deflexa ad analogiam Æolicam; nam ſanè Romani verba à magna Græcia mutuati ſunt, inflexiones verò & declinationes ab Æolibus. Moſtuum vetuſtiſſimi Latini ſemper dixerunt, ut volgus pro vulgus.

Paulus manutius vir Romanè ſcribens ſi quis alius hoc noſtro ſæculo, Longolio omnino contrarius: cùm enim hic Ciceronis verbis & phraſi adeo alligatus fuerit, ut Ciceronis ſenſu, non ſuo, cogeretur ſcribere; ille contra ſuo ſenſu ſcribit, Ciceronis, Terentii, & ejuſmodi excellentum virorum verbis & ſtylo utens, quem ſuo inſtituto optimè accommodare novit.

Marcellus Empiricus, Pyrrhonius cùm eſſet, nec idcirco auderet ſciçntiam profiteri, hoc Empirici nomen aſſumpſit. Bonus auctor eſt.

Mutam ſemper Galli tollunt inter duas vocales, ut videre eſt in ſequentibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

coquus, queux, bovis, bœuf, gottus, Gaux, Vaſconicè Goth, probus, Preux, votum, Vœux; apud Froiſſardum ita ſcribitur, non vœu; nodus, Nœuds, ficatum, Foye, lodrum, Leurre, canis gottus, Cagot. Notandum porro omnia nomina Gallica in *eux* terminata, à Latinis diſſyllabis, quorum primæ ſyllabæ vocalis eſt, oriri.

Hoc loco deſiderantur figuræ mutulorum & triglyphorum. Sed ex Vitruvio facilè parabuntur.

N.

N*Ares* iræ ſedem eſſe putarunt veteres; unde Soſia in Amphit. *fames & mora bilem in naſum conciunt.* Id videre eſt in equis, tauris & leonibus, quia in vehementi iræ commotione ſpiritus æſtuantes ebulliunt, & nares erumpendo dilatant.

Ne. quamne, veteribus, pro, quam, id eſt quantùm: ita tamne & quine, pro tam & qui.

Le Nil tous les ans inonde l'Egypte & l'engraiſſe de ſon limon. Les pluyes & la ſituation de l'Ethiopie, qui eſt plus eſlevée que l'Egypte, eſt la cauſe de cette inondation.

Nitidum dicitur quod ſplendet & lucet, ut hederæ folia, azari, & ſimilium. Non item læve, quia hoc eſt tactus, illud viſus & oculi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Nomine proprio ſalutare, æqualium erat, vel ſuperiorum, quand ils vouloient obliger quelqu'un & luy applaudir: Sed ſi inferior ſuperiorem nomine vocaret, erat contumelioſum, quamvis Mercurius apud Plautum in Amphit. Soſiam ſimulans Dominum ſcil. Jovem nomine Amphitruonis compellet; verùm hoc fabulæ inſerviebat.

Nugæ vel ὁ λῆρος Græcis ſunt eæ quiſquiliæ quæ mulieribus venduntur, earumque venditores *nugivendi* dicuntur.

Nummus ratitus. Macrobius de nummo ratito ſic loquitur; ita fuiſſe ſignatum hodieque intelligitur in aleæ luſu, cùm pueri denarios in ſublime jactantes, capita aut navis, luſu teſte vetuſtatis, exclamant; ce qu'aujourd'huy nous appellons joüer à croix ou à pile, car *pile* eſt un vieil mot François qui ſignifioit un Navire, unde *Pilote*. Ratitus nummus erat ex ære, ſic dictus ab effigie ratis.

O.

O*Blimare* καταχώννυσθαι proprium fluviorum eſt, limo obducentium loca cava & ſimilia, Virg. *Et ſuccos oblimet inertes*. Oblima inde deducitur, quæ pro Sinoniâ paracelſiſtarum ſumi poteſt.

Olivum Homerus vocat ὑγρὸν propter lævorem cum humore, quia læve ſeu λεῖον omne

omne & σομφὸν ſpongioſum & μανῶδες hoc eſt rararum partium ſtatim exiſtit. Empedocles verò vocabat ignem ὑλλόν, tam propter lævorem quàm propter partium raritatem maximam. Vinum etiam aquæ reſpectu ὑγρὸν rectè diceretur, quia ſupernatat aquæ. Quod de liquidis audiendum. Nam in ſolidis corporibus res contra omnino habet, quia quo illa denſiora ſunt, eo læviora.

Omenta cerebri Macrobio ſunt *Meninges.*

Omnis Gallia in tres partes diviſa; Cæſar initio Comment. id eſt, tota Gallia. *Omnis* ἐλληνίζει. Sic πᾶσα Κελτικὴ Straboni, id eſt, ὅλη.

Oppilatio, optimum vocabulum, Lucretius; *fluctibus oppilare oſtia contra*, lib. 6. Significat propriè pilis coercere impetum fluminum. Sunt autem *pilæ*, moles quas opponimus impetui fluminis. Pariſienſes vocant *Quays*, quas conficiunt ex lapidibus grandioribus. Il y en a prés des Auguſtins. Inde oppilatio Medicorum, *obſtructio* dicta, ἔμφραξις Græcè.

Opulus eſt *noſtre Erable*, non autem acer, en Gaſcon Anſerale.

Orcæ ſunt vaſa fictilia ventroſa, Gallicè *panes.* Si autem ſunt ex vitili materia, id eſt, juncea aut palea, puta ſparto, *Cumeræ* dicuntur, in quibus tenuiores homines fru-

menta reponunt, ut ditiores in horrea cogunt. Horat.

Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

Oriundus refertur ad parentum originem, non ad noſtram, ut ſum Agennenſis, oriundus Veronâ. Medica mala ſunt Europea; ſed oriunda ex Mediâ vel ex Perſide. Ab ὄρω, *orior* Latinum, excitare ſignificat; Homer. Iliad. 1.

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

De *ornamentis* Oratoriæ ſcripſit tres libros Julius Scaliger, qui ſurrepti ſunt à Pædagogo.

Ova Medicinalia, apud Heronem Mechanicum lib. περὶ ὑδραυλικῶν leguntur, quæ quid ſint ignorat Scaliger.

Οὐραγὸς lib. 4. Dioſc. cap. 179. Ruell. vertit *caudiculas*. οὐραγὸς autem eſt propriè in exercitu agmen extremum. Hîc verò pro *extremis* dicendum erat *peniculis*, quæ veteribus caudæ erant, & peniculamenta *les queuës des robes*, apud Enn. & Arnob. Ennius,

Pendent peniculamenta unum ad quodque pedule,

id eſt, *brodequins*, quæ Theophr. ποδία, & Plinio *impilia*; fiebant enim ex pileis vel filtris.

P.

P*Alingenius* facilis poëta, minimeque ſpernendus.

Pappi. ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαππούμενον, ὃ καλοῦσιν ἔνιοι ἀνθήλην; ſed falsò; ſic Dioſc. de typhâ c.133. lib. 3. Lucret. *Pappique volantes*. Ceterùm ut in herbâ quam vocamus aſphodelum, thyrſus dicitur haſta regia, ita etiam in typhâ ille thyrſus ἀνθήλη vocatur; quod autem deſinit in turbinem, vocatur *panicula*. Ergo malè hîc Ruell. paniculam ἀνθήλην interpretatur, quia non eſt turbinatus thyrſus hic; non eſt enim ut *fuſus*, at potius ut *colus*.

Utinam in Patris mei tempora *Theophraſtus Paracelſus* cum Empirica ſua familia Paracelſiſtarum incidiſſet, qui tam faſtuosè & iniquè veterum omnium ſcripta calumniatur. Digna profectò tanto viro materia, pro aſſerenda veterum omnium causâ & veritate contra hos Empiricos irrationales, qui præter neſcio quæ experimenta, nihil habent expetendum, eaque ſæpe dubia & periculoſa, cùm puris putis mendaciis tota eorum Theoria referta ſit. Laudarem quidem eorum conatus, ſi ut veteres illi Empirici intra ſuas experimentorum metas ſe continerent, nec rationibus tam frivolis iſta aſtruere ac ſtabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

lire conarentur ; ita ut in eos competat iſtud Apellis, *Ne ſutor ultra crepidam.*

Paronychia, idem eſt quod *Reduvia* à reluendo, id eſt, reſolvendo dicta, quod cutis ab ungue reſolvatur ſeparaturque.

Patronus is eſt, qui omnino cauſam alicujus ſuſcipit. *Advocatus* qui juvat aliquem in jure. *Procurator* qui abſentis negotium tanquam ſuum gerit.

Peculium facere de malo. Plaut. Metaphora ſumpta à ſervis,qui peculium faciunt de furto, & malis rebus. Plautus dixit *æs habere de malo*. Apuleius, Peculium habere de malo.

Peletarius & Vinetus docti Mathematici: ſed his doctiores ſunt Joannes Salignatius,juvenis Burdegalenſis, qui nuper emiſit in lucem Aſtrolabium ; Et Franciſcus Foxius Candala.

Guillelmus Peliſſerius Epiſcopus Magalonenſis, vir totius Galliæ linguæ Latinæ uſque adeo peritus, ut veteres omnes Romanos facilè ſuperaverit in exacta illius cognitione. Fuit Patri meo Jul. Scaligero amiciſſimus, ſimillimuſque Ranconeto.

Πέμματα vocarunt veteres, quod illis uterentur quæ juvabant concoctionem. Quod autem de iis Pater Jul. Cæſar in lib. de Plantis initio dixit, excepit ex Varrone, citantibus Gellio & Macrobio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Pepones veterum ſont reverà *nos Melons*: ſed Melones & Melopepones quid iis ſignificent, res cognitu perquam difficilis, quæque me valde alias torſit, necdum quid certi adſirmem habeo.

Περικάρπιον cap. 135. lib. 2. Dioſc. Ruel. *involucrum* vertit. Scal. ſignificat propriè conceptaculum ſeminis. Cæterùm depravatus eſt codex Dioſcoridis hoc loco; nam pro, ἀνοιχθέντων ὂ τῶν περικαρπίων, ἔσωθεν ἄλλος κεφαλοειδὴς ἐστι λοβὸς ἐν ᾧ σπερματια, pro κεφαλοειδὴς, inquam, reponendum, φακοειδὴς, id eſt, *lenticulæ ſimilis*. Qui error ſæpiſſime occurrit, ut ſcil. Λ, pro K, vel contrà, ponatur, quia in vetuſtis exemplaribus ſimiliter ſcribuntur illæ duæ in majuſculis litteris, quibus vetuſtos ferè codices conſcriptos reperimus, & ſine accentibus.

Perionius Ariſtotelem omnino pervertit, ad Ciceronianum ſtylum vocabula Philoſophiæ accommodans, utriuſque linguæ parùm peritus; ut fatuo libro oſtendit de ratione linguæ Græcæ cum Latinâ.

Periſtylum locus eſt columnis ſeptus, comme un Cloiſtre de Moines.

Perpluere aliquid dicitur, quando per rimas ollæ aut alius rei aqua exit. Pro quo malè apud Terent. perfluit.

Perſius affectavit obſcuritatem, & cæcus dicitur à Poëtis; Luciliano more ſcribit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

C'eſt un pauvre Poëte, lequel pourtant nous entendons tout.

Pes, pedis, lict ou couche de vendange.

Petrocorium, Perigord. Duos continet Epiſcopatus, Veſunam Petrocoriorum *Perigueux*, & Sarlatum. Hæc Seneſchallia ſubjicitur Parlamento Burdigalenſi.

Philo Judæus, mirabilis auctor eſt, & lectione digniſſimus. Mirabilior & antiquiſſimus *Pimander* Mercurii Triſmegiſti. Hebraiſmi tamen adeo imperitus fuit Philo ut tirunculi Chriſtianorum, nedum Judæorum, poſſint eum in partes vocare. Ejuſmodi enim erant Alexandrini Judæi & reliqui Helleniſtæ: quo nomine diſtinguebantur à Judæis Hebraïſtis, qui Biblia in Synagogis Hebraïcè & Chaldaïcè legebant. Iſti verò Alexandrini Græca tantùm legebant ea quæ hodie extant, & quæ ipſe Philo & reliqui Judæi fabulantur à 72. Judæis Hieroſolymitanis juſſu Ptolemæi verſa.

Tres nunc ſunt *Philoſophiæ* partes; ſed initio fuit μονοειδὴς, & ſola φυσικὴ, quandiu ſcilicet penes Ionicam familiam fuit, quæ manavit à Thalete. Inde facta eſt ſecundarum partium à Socrate, qui primus Philoſophiam evocauit à cœlo, tuncque præter φυσικὴν, facta eſt, ἠθικὴ. Mox quaſi tertiarum partium à Platone qui λογικὴν ſuperaddidit: & ſic ab eo completa eſt Philoſophia.

Phraſis Latina & Græca eſt, *virtus Catonis*, id eſt, Cato. ποταμοῦ σθένος *vis fluvii*, id eſt fluvius.

Pibraccius, vir honeſtiſſimus, bonus Juriſconſultus, & pour un Gaſcon parle bien François.

Picus Mirandula, 32. ætatis anno quo obiit, omni diſciplinarum genere, non modò tinctus, ſed planè imbutus erat; ut Encyclopædiam ſcientiarum jure ſibi vendicare potuerit, longiore vita planè digniſſimus Princeps.

Pignus, à pigo & pago antiquorum.

Pile. Vide in voce *Nummus Ratitus*.

Pittacium non eſt Græcorum ἐπίβλημα, ſed potius *un péta de gomme* ou poix noire mis à un pot de terre, à πίττα vel πίσσα, id eſt, pix. Propriè autem eſt verbum Chirurgicum, idem quod emplaſtrum. Deinde tralatitiè ſumitur pro breviculo ſcripto. Pannus verò eſt un peta de robe, Horat.

> —— *Unus & alter*
> *Aſſuitur pannus.*

Malè ergo Caſtalio in interpretatione parabolæ Chriſti, ἀντὶ τοῦ ἐπιβλήματος *pittacium* reddidit.

Plantinus, vide in voce Erotianus.

Plautus & Terentius optimi auctores linguæ Latinæ, quorum phraſi loquendum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Πληθώρη nomen Ionicum eſt ab Hippocrate primo uſurpatum; alii dicunt πλησμονήν.

Plinius ἱστορικῶς tantùm φυσικὰ, ut & alia ferè omnia tractavit, nil exactè: ſed optimus auctor eſt, miniméque vulgaris; ideo non mirum, ſi tantum auctorem vulgus improbet. Si aliquando in manus meas Plinius Guillelmi Peliſſerii Epiſcopi Magalonenſis, cum aliis quos caſtigavit libris venerit, ſpero me brevi editurum cum noſtris correctionibus, quas non ſpernendas habemus; oſtendamque quantus vir fuit Peliſſerius, qui à Patre meo plurimi fiebat. Ait Dioſcorides cap. de Iride, πταρμοὺς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα. Ruellius ſic, *Quæ dum tuditur ſternutamentum movet.* Plinius lib. 21. cap. 7. ait tactu ſternutamentum movere. Ubi legendum *tritu*, non tactu, quia id à Dioſcoride. Error autem eſt ipſius codicis Plinii; vel certè pro κόπτεσθαι legendum erit ἅπτεσθαι, ita ut in Dioſcoride mendum ſit. Sed inepta eſſet lectio; cum ſæpe Plinius vocabulo *tritus* utatur, præſertim in fine cap. 13. lib. 12. Accuratus Plinii lector deprehendet ipſum Plinium, omnia quæ ex variis auctoribus excerpebat, ordine litterarum vel alphabetico in ſua digeſſiſſe adverſaria, neglecto ordine naturali qui potior erat: ut ſcilicet quærenti nullus eſſet labor reperire quæ

vellet : ſic urbes ſæpenumero & ſitus locorum , non ordine , ſed litterarum ſerie deſcribit : ita gemmas , ita herbas ipſas, quia ſic in adverſariis repererat. Propterea immiſcuit hæc ſimul , & multa confudit vir doctiſſimus , urbanis & militaribus rebus diſtrictus.

Plutarchus totius ſapientiæ ocellus.

Plumbago eſt oculorum ſuffuſio.

Numquam *Poëſis* aut *Poëtarum* amor in abjectum & humilem animum cadit , & omnium maximè divina ſequitur ingenia, eorumque perpetuus ferè comes. Jamais homme ne fut Poëte, ou aima la lecture des Poëtes, qui n'euſt le cœur aſſis en bon lieu.

Pomponatius & Simon *Portius* ſcripſerunt de animâ, ſed liberè nimis philoſophati ſunt , doctè tamen. Ille Præceptor fuit Patris, de quo ipſe in Poëmatiis.

Pontanus magnus vir & linguæ Latinæ peritiſſimus.

Populares illius factionis , c'eſt à dire *les complices* ; Saluſtius , populares factionis Catilinariæ. Refertur & ad conditionem & fortunam. Terentius in Phorm. Amicus ſummus meus & popularis Geta, id eſt, ejuſdem ac ego conditionis & fortunæ &c. Ubi Donatus errat, qui illud acceperit ἀντὶ τοῦ δημότης , id eſt, d'un même pays. In Codice Cat. Tibul. Prop. Cujacii

MS. Compatriota legitur hoc verſu.

Cauſa mei reditus Compatriota fuit.

Poſtellus excellens Philoſophus, Coſmographus, Mathematicus, Hiſtoricus ſtultus; linguarum non ignarus, ſed nullius ad unguem peritus. Invideo illi Arabicam linguam.

Præter propter, pour autre choſe. Gell.

Præbia legitur apud Feſtum, idque malè, cùm legendum ſit Proebra quæ ſunt amuleta. Falſus eſt autem Pater J. C. Scal. in præf. libri de Plantis Ariſt. lectione corrupti codicis ipſius Feſti. Quod primus Joſ. Scal. filius animadvertit apud Varr.

Prudentius bonus Poëta.

Pulici id proprium eſt, ut retrorſum ſaliat.

Purpura non de marini tantùm oſtrei ſanie dicitur, ſed extenditur ad alia. Plinius lib. 36. cap. 6. dixit purpuram ex ſandyce. Purpuræ duæ ſunt ſpecies; una ex oſtreo ſive muricis ſanie; altera ex grano ilicis humilis. Illa ἁλιπόρφυρον, hæc κόκκινον dicta, *teint en graine*.

Puta & putila apud Horat. Græc. πόσθιον; unde *potta* Italorum; à Græc. πόσθη. Inde *ſalaputium* apud Catul. Ma petite potette. Inde *præputium*. νιτάελον & βάτιον apud Ariſtoph. nutricum nomina.

Q.

QVisquiliæ ſunt *les balieures*. Vetuſtiſſimo vocabulo Gallico vocantur *Bourræ*, *bourrarum*. Aquitani etiamnum nomen retinent.

R.

R*Abinorum* tanta copia eſt apud Typographum Bambergam Venetiis editorum, ut non octingentis nummis aureis omnes comparari queant.

Ramus ad annum uſque decimum nonum, ne quidem primas notas didicerat, inſerviebatque Dom. de la Broſſe. Lutetiam deductus famulus, tantùm profecit maximo diſcendi deſiderio percitus, ut quamvis repugnante ingenio tardo, rudi & ſtupido: repugnante, quod majus eſt, inſtitutione ſerâ; labore & diligentiâ in id litterarum decus pervenerit, quò perveniſſe vix credibile ſit: ita ut anno trigeſimo contra Ariſtotelem ſcripſerit meliori ſtylo quàm poſterioribus annis. Bonus orator, qui facultatem dicendi ſibi comparaverat; ἀμέθοδος planè ut pote qui aliud in diſciplinis tradendis iter, novamque viam inquirere voluit; *flumen verborum, guttula mentis*. Religionis purioris quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

profitebatur ergo, mortuus eſt anno 1572 in laniena Pariſienſi. Talæus Ramo ſuo longè doctior.

Receptitia dicuntur in *Lege conducti locati*, quæ non cedunt locationi, quod hîc dicitur non accedere; puta totum aviarium locatur excepto ſtercore, ſtercus eſt receptitium. Cato apud Gell. Verrium Flaccum, & Nonium.

Refici propriè verbum eſt perceptionis fructuum vel proventus. Unde apud Varr. de Re R. hoſtum, inquit, vocant quod ex uno facto olei reficitur, id eſt, provenit, percipitur fructus.

Regius feliciter verſatus in lingua Græca; ebrioſus. Hiſtoriam ſcribere poſſet.

Ρεῖθρα, cap. 206. lib. 1. Dioſc. Ruel. *limites humidi*; & malè, ait Scal. propriè *rigua* ſignificat, id eſt, *lieu arrouſé*.

Rem exponunt Latini hæc omnia nomina Græca φάτιν, λόγον, ἔπος, imò *res* Latinorum à ῥῆσις Græcorum, quæ verbum ſonat.

Reſtibilis proventus, διηνεκὲς τοῦ καρποῦ à Dioſc. cap. de Sycomoro 181. lib. 1. dicitur, quia fructus, ait Scal. in multum durat in arbore. Cæterùm reſtibilis ager opponitur novali. Nam hic interquieſcit annum, reſtibilis quotannis ſeritur.

Rhenano Germania & nos omnes plurimum debemus in antiquitatis & veterum auctorum

auctorum reſtitutione. *De Eodem Vide in voce Eraſmus.*

Riphæi montes nuſquam ſunt. Nam in totâ Moſcoviâ, in quâ eſſe dicuntur, nullus mons eſt, quod ignorabant qui id ſcripſere.

Rivales, etiam rivini appellantur.

Roaldus Cujacii collega Valentiæ Delphin. magnus Juriſconſultus, totius antiquitatis eximiè peritus, & in primis ſimplicium omnium medicamentorum curioſus indagator.

Madames *des Roches* la Mere, qui en ſçait plus que Madame ſa fille, eſt plus docte & a plus leu & retenu d'Hiſtoires, à mon jugement, qu'aucun François, & parle autant proprement, facilement, & eloquemment qu'il eſt poſſible. Bref c'eſt la plus docte perſonne, pour ne ſçavoir qu'une langue, qui ſoit en l'Europe.

Ronſardus magnus Poëta Gallicus; ut Bellaïus utriuſque linguæ Latinæ & Gallicæ, qui (quod hactenus pauci) facilitatem & dulcedinem Catulli aſſequutus eſt.

Per roſas veteres intelligebant roſaceum, ut inter eos Corn. Celſus paſſim. Unde patet ignorantia R. Conſtantini, qui ſæpe id vocabulum mutat, aut *roſ.* pro roſâ reponit, quaſi ſubintelligendum foret *aceum*, ut fieret roſaceum.

Rumpere vocem eſt ex ſilentio loqui; ſic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

que invaluit uſus à fluminum irrumpentium ſimilitudine.

Rupellæ territorium dicitur pagus Alnienſis, hodie *le pays d'Aulnix*. Accenſebatur Seneſchalliæ Santonum: ſed ex quo Rupella, excuſſo jugo Anglorum, dedidit ſe Regi Franciæ; pagus Alniſienſis ceſſit in privatam præfecturam, & à Santonio ſeclufus eſt, neque ulli ſupremæ curiæ poteſt ſubditus eſſe, ptæterquam Pariſienſi; id enim inter capita Privilegiorum ejus continetur.

Ruta frigitur cum butyro in ſartagine ut cardui, & ſuaviſſimus cibus eſt. D. Cujacius ſæpiſſime comedit.

S.

S*Acrificium* propter viam fecit juvenis ille (quod illi dixit Auguſtus Imperator) qui poſt omnia decocta domum exuſſit. Hactenus Scaliger. Apud Macrobium 2. Saturnal. cap. 2. Protervia malè legitur, nam propter viam fit ſacrificium, quod fit proficiſcendi gratiâ, Herculi. Feſtus lib. 14. Plautus in Rudente. in eo jocus, quòd domus illius perditi nepotis erat ſita propter viam.

Imo Cato

Sagminalis herba dicta eſt ἡ πολυγόνατος, id eſt, *articulata*; quia eam pro verbenis ex puro loco carpebant fætiales in fœdere

ſanciendo, unde nomen herbæ. Carpebant autem eam potiùs quàm aliam, quia ubivis obvia eſt. *Seminalis* eadem eſt dicta perperam, quia pro πολυγόνατος legerunt quidam πολύγονος. Quamquam hoc excuſari poſſit propter ſeminum copiam.

Saint Jouſy, vide Jouſy.

Sal canæ eſt apud Varronem Atacinum, & apud Senecam in Epiſtolis pro ſaccharo cando: quod ex cannis exudabat lacrymæ inſtar.

Salacia eſt quæ Græcis Amphitrite, Dea maris ſcil. Unde Veneti *Salaciæ cives* dicuntur in Poëmate ad Veronam.

Salignatius doctor Theologus, non minus linguarum peritus, quàm Theologiæ. Denique in omnibus maximè verſatus.

Salmonius Macrinus ᾠδῶν Scriptor optimus, quique à Patre Jul. Scaligero plurimùm commendabatur, non tamen ſui ubique ſimilis.

Sannazarius terſus Poëta, & optimæ inventionis, lectione digniſſimus.

Scævolæ Sammarthani ſuaviſſima Muſa.

Torellus Saraïna a écrit l'Hiſtoire de la Maiſon de l'Eſcale & Ducs de Verone en Italien; Onuphrius & Paulus Æmilius Latinè, quorum iſti nondum excuſi ſunt. Liber Pauli Æmilii eſt in Bibliothecâ Domini d'Agen; alter eſt in Italiâ.

Sarza-Parilla eſt vera ſmilax aſpera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

omnibus Monſpelii notiſſima. Sic dicta eſt Hiſpanice à *çarza* quod ſpinam ſignificat, & à *Parillo* Medico Hiſpano, qui primus fuit inventor uſus illius, & hanc radicem ad nos adportavit. Doctores Monſpelienſes non jam alia Sarza-parilla utuntur quàm radicibus ſmilacis.

Joſ. Scaliger ubi per aliquot menſes quartanâ febre laboraſſet, eâque ſæviſſimâ, ſeptem ſeptimanis integris ſeptimanam febrem paſſus eſt, ex adſtantium medicorum, maximè verò ipſius Ian-Antonii Sarraceni nobis amiciſſimi obſervatione, cùm nihil omnino die intermedio, quartanæ acceſſionis quod effatu dignum eſſet, vel etiam quod febrilis paroxyſmi nomen mereretur, perſentiſceret. Unde ſibi perſuaſit rectè à Patre Jul. Scaligero in ſuis Poëmatibus annotatum, ſeptimanam quartanæ aſſeclam exiſtimatam eſſe his verbis, *Et ſeptimana dura cauda quartanæ.* Obſervavi etiam dum eſſem cum illo Abennii, repetiſſe poſt menſem, febrem cujus duæ acceſſiones fuerunt ſeptimanæ, quod quidem rariſſimi exempli eſt. A primâ pueritiâ ad vigeſimum uſque annum ſingulis noctibus, inſomniis ignitis fulgurum adeo vexabatur, ut ſæpiſſime excitaretur ex inſomnii vehementia: adeo ut Pater & Mater illius vererentur maximè, ne in φρενέτιδα incideret. Quin & mediâ de

nocte expergefacto tanto ſplendore micabant oculi, ut poſſet ſine lumine, & ſpondas lecti videre, & majuſculis litteris ſcripta legere, quod & Patri Jul. Cæſ. Scaligero millies accidiſſe ait, & patri Cardani, aut ipſi Cardano lib. de Variet. Hoc amplius ab eo didici, ei à puero ad patris uſque mortem, quæ contigit, illo 18. aut 19. annum agente, fluxam lubricamque alvum fuiſſe: ab eo verò tempore cùm per 18. dies nihil ipſa reddidiſſet ob ingentem mœrorem, ſemper adſtrictam fuiſſe: ab eodemque tempore non niſi aquas & flumina in ſomnis habuiſſe. Cæterùm ut ei provectior ætas multa incommoda, ita & nonnulla commoda attulit. Incommoda ſunt varii morbi, & rheumata, quibus prius obnoxius non fuerat, & minus prompta firmaque memoria; hæc verò commoda, ſedatum ingenium cum temperantia ac continentia, non quod ita natus ſit, ſed Religionis & pietatis ergo; Item amor incredibilis Religionis ac litterarum: nam certè zelus domus Dei ipſum comedit, & nunquam ſtudendo defatigatur, quinimo à ſtudiis redit ſemper alacrior, maximè verò à locis difficilioribus, à quibus nunquam offenditur. Religio, inquam, & Muſæ duo ſunt illius amores. Hoc anno Domini 1576. agit ille annum ætatis 36.

Ce qui a rendu Jules Scaliger ſi docte en

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

laLogique & en laTheologie Scholaſtique, a eſté le deſſein de devenir Pape pour avoir le moyen de faire la guerre aux Venitiens, & retirer de leurs mains ſa Principauté de Verone : car il deliberoit de ſe faire Cordelier, & eſperoit de Cordelier devenir Cardinal, & de Cardinal Pape. Ce qui fit qu'étant à Bologne, il s'employa diligemment à la lecture des œuvres de Scot. Mais il renonça au deſſein de ſe faire Moine, pour quelque choſe qu'il remarqua en ceux de cét Ordre ; ce qui a fait que du depuis il n'a jamais voulu avoir de communication avec eux.

Hos verſus librorum ſuorum fronti Julius Cæſar Scaliger præponebat.

Βάρβαρος οὐ πέλομαι, ἀλλ' οὐδέ τε εὔχομαι εἶν,
Οὐδ' ἂν ἀμειψαίμην πρὸς Κρονίωνα πάτραν.
Ἦν ὁ Σκαλανῶν θεῖον γένος, ἔρνος Ἄρηος,
Φοῖβον ὅλον κατέχων στήθεσι, πρᾶγμα Τύχης.

Id eſt.

Barbarus haud ego ſum, eſſe velim nec barbarus, ipſo
** Cum Iove commutem nec genitale ſolum.*
Scaligerum excelſus ſanguis, ſtirps Martia, Phœbum
Corde tuli, Sortis ludibriumque fui.

* Id eſt cum Creta Veronam.

Ex eodem Sammarthano Gallice.

Ie ne ſuis point barbare, & ne le voudrois eſtre,

Ny changer de patrie avec un Jupiter.
Le haut ſang de l'Eſcale au monde me fit naiſtre
Vn vray ſurgeon de Mars, en qui pour habiter
Phœbus avoit éleu ſa demeure opportune
Et ſi ſuis le joüet de l'ingrate Fortune.

Aliud ex Joſ. Scaligero.

Barbarus haud ego ſum, quin nolim barbarus eſſe,
Cum Iove commutem nec genitale ſolum,
Scaligero ſed ſum de ſanguine, Martia proles,
Phœbicola, cæcæ ludibriumque Deæ.

Hæc etiam carmina fere præponebat libris ſuis Julius Scaliger

Ἐλεήσατ' ἐλεήσαντα, δότε δεδωκότι
* Ἀκακτ' ἄναυτι, καὶ πένητι πλούσιοι.

* *T.FAB. Non ita ſcripſerat* SCALIGER, *ſed* ἄνακτ' ἄνακτες.

Ad Verbum.

Miſeremini ejus qui miſertus eſt, date illi qui dedit,
Dites egeno, Principeſque Principi.

Joſeph Scaliger parlant de ces derniers vers qui marquent l'état & la condition de Jules Scaliger ſon Pere, diſoit qu'eſtant entretenu par Hercule Duc de Ferrare, il ſe retira enfin apres la mort de ſon Mecenas vers Monſieur de Vinous en Savoye (qui eſtoit de la race de la Scala de quelque Batard) Baron dudit lieu, lequel ayant un Cuiſinier qui avoit enterré dix enfans, & ſon Curé luy ayant dit que c'eſtoit qu'il

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

les faiſoit tenir ſur les Fonts par des gens trop riches, mais qu'il fiſt parrains les plus pauvres de la Parroiſſe, & qu'ils ne mourroient pas; il s'adreſſa au Seignor Julio Scaligero, qui le tança & rabroüa d'abord. Mais le Cuiſinier luy ayant allegué la raiſon du Curé, il luy dit, vrayement, mon amy, tu as raiſon; car plus pauvre ne pouvois-tu trouver.

Σκώληξ vermium generale nomen, cujus multa ſunt genera: τερηδὼν, vermis qui ligna corrodit: Latinè *tarmes*: in Italiâ ſatis craſſus eſt in abjetis ligno ut etiam dormientes excitet. Rurſus ſunt alia genera tarmitum. Nam qui rugoſiores ſunt dicuntur *coſſi*, Græcè ξυλοφάγοι, olim in deliciis ciborum habiti, quos farinâ ſaginabant; fuit & præcipuus cibus Hierophantarum Cereris; autor Tertullianus, & Hieronymus ex Tertull. Σκωλήκων etiam apud Medicos tres ſunt ſpecies, ἕλμινθες, στρογγύλαι, & ἀσκαρίδες. στρογγύλαι ſunt rotundi vermes, *lumbrici* dicti Latinis.

Sectio civis, c'eſt vendre le bien d'un homme condamné.

Noſtrum *ſcire* nihil aliud eſſe quàm reminiſci, à Platone quidem ſcriptum eſt ſed à Pythagorâ deſumptum, qui & ipſe à Mercurio Triſmegiſto illud mutuatus fuerat.

Semis nunquam eſt indeclinabile. Nam componitur ex *SE*, quod ſignificat ἥμισυ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

M, quod euphoniæ gratiâ interponitur, ut multis aliis ; & AS, quod in compoſitione ſemper vertitur in IS, ut quicuncis, &c. Varro. Ergo cùm As non ſit indeclinabile, nec *ſemis* quoque. Bene ergo Joubertus, malè Ferrerius ; dicimuſque unciam ſemiſſem.

Seneca Moralis Philoſophiæ primas tenet, digniſſimus qui ſemel atque iterum legatur, & fideli memoriæ commendetur. Ejus lectione ais plurimùm delectari D. Pelegerium utriuſque noſtrûm amiciſſimum ; tu amabo, illi perſuade, ut cauſâ meâ adhuc relegat tantum virum, nec eum facti pœnitebit. Ab eo in eadem Philoſophiæ parte, legendi Plutarchus & Plato, cum Marſilio Ficino, & aliis Platonicis, qui ut dicebat Pater, picturas quidem potiùs ſectantur quàm veritatem ; ſed tamen ſunt plauſibiles, & politico viro perquam neceſſarii ac commendabiles.

Seneca, Poëta, bonus auctor eſt ; tamen Tragœdiarum character non eſt exigendus ad veterem cothurnum. Novus character eſt à temporibus Auguſti.

Sigillaria. Marionetes, petites images, νευρόσπαστα, de quibus Horatius,

Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

Silanus apud Tertullianum & Celſum lib. 3. cap. 18. *eſt un tuyau de fontaine*. Malè

ergo corrigit Conſtantinus qui pro ſilano, ſalientes reponit.

Silius Italicus, Cuiſinier. Dixit quod alii omnes & malè; non bonus auctor, legendus tamen ut vetus.

Simon Simonius Schegkio longè inferior.

Scirrhonius ignariſſimus vir, Pharmacotriba, id eſt, *Pileur de drogues*, veriùs quàm Medicus. Is eſt calvus ille carminibus Patris Jul. Scaligeri decantatiſſimus, cuique ſtigmata inuſſit.

Spectro primus uſus eſt Caſſius Inſuber, amicus Ciceronis, Præceptor Virgilii, Epicureus.

Spica, in quâ apud Theophraſtum inſunt ariſta *aiguilles* Gall. gluma à glubendo, quæ dicitur folliculus, in quo frumentum includitur; *acus* aceris illius fragmentum unde aceroſus ex hoc fiebant culcitræ ab antiquis; granum in infimo utruncum nominatum, & in vertice Frit.

Jan. Antonius Sarracenus Genevenſis, doctus ſatis, in Græcis maximè.

Spondæ ſunt parietes grabatorum, ut duo ſcalarum latera, quibus gradus inſeruntur. Significat & cavernas eas, quas ſibi cavat aqua exundans in litore.

Statio, in re nauticâ ſignificat quod vulgò *plagam* vocamus, id eſt, qui non eſt verus portus. Græc. vocant ὅρμον, videlicet

ſinum in littore in quo eſt receptus navibus ad tempus ad effugiendam tempeſtatem. Virg.

——— *Statio malè fida carinis.*

In re militari ſignificat locum Præſidii, ut in limitibus Provinciarum, & in Vigiliis etiam. Apud Aſtrologos etiam dicuntur ſtationes duorum tantùm Planetarum, apud veteres inquam, Veneris & Mercurii.

Henr. Stephanus vide in voce *Dalecam-* p. 64.
pius & *Erotianus*.

Subgrunda eſt tecti pars projecta quæ ejicit ſtillicidium. Protectum aut eſt ſubgrunda, Græc. γεῖσον, ut eſt Menianum, quod quidem ſignificat quod ἐξώστην dicunt; Galli malè *hapentis* pro *hallepentis*, hoc eſt projectum, quod quieſcit fultum ſcil. columnis ligneis vel lapideis; Subgrunda verò non quieſcit.

Submejuli pueri ſunt ii qui ſe comminguunt.

Summiſſa prata ſunt quæ ſervantur ad futura prata, ut ſummittere tauros; *c'eſt laiſſer les Veaux pour devenir Taureaux*: qui relinquuntur ad futuram prolem.

Subſicivum propriè dicebatur quod ſupererat abſoluta totâ metatione agrorum aſſignatorum. Nam veteranis emeritis aſſignabantur agri, unicuique certus modus. Expletâ igitur centuriatione vel partitione, quod ſupererat neque aſſignabatur, dice-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

batur ſubſicivum aut in ſubſicivis, quia ſubſicabatur, id eſt, ſubſecabatur; ut Plautus, *exſicare* dixit pro exſecare. Inde tralatitiè, quicquid extra legitimum eſt & profeſſionem legitimam, dicitur ſubſicivum, ſeu tempus, ſeu hora, ſeu quid aliud. Hactenus Scaliger. Iſidorus dixit *ſubſiciva coriorum*, id eſt, ſuperflua quæ cerdo amputat. Quidam ſcribunt *ſucciſivum* à ſuccido, ſed malè.

Συνεκτικὸν eſt *continens*, συνεχὲς eſt *continuum*, differunt inter ſe, & præterea ab ἐναργὲς, evidenti. Malè ergo Conſtantinus exp. continentem cauſam συνεχῆ. in *Præf.* Corn. Celſi.

Superbia ollæ ferventi undas deſpumanti comparatur, quia quemadmodum quo plures olla deſpumat undas, eo magis minuitur, ſic etiam ſuperbi quo magis tument, eo deteriores fiunt, & interitum accelerant.

T.

T*Alipedare* eſt chanceler.

Talmud compoſitum eſt ad æmulationem Chriſtianorum per quoſdam Doctores Judæos, qui ex Colchis evocati à Judæis ad Chriſtianos refutandos. Erant autem illi Judæi ex reliquiis decem tribuum, quæ ex Samariâ in ſervitutem ab Salma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Salmanaſſaro patre Sennacherib tempore Oſeæ Regis abductæ fuerant.

Talmud valet centum libras: hujus lingua mixta eſt, ex Syriacâ, Hieroſolymitanâ, & Scholaſticâ Rabinorum corruptis. nam Rabinorum lingua differt ab Hebræâ Bibliorum; ut Bartoli à Ciceronis lingua.

Taxea veteres Galli vocabant lardum & & axungiam porci, ob illius animalis pinguedinem.

Τέκμερσις. Ionicum & Hippocratis verbum. alii τεκμήριον. eſt quidem certum ſignum, ſed quod magis confirmatur altero ſigno, quod dicitur Ἐπισημασία. Ἐπισημασία autem in Augulari diſciplinâ dicetur *addictio*, cùm ſecunda avis prioris ſignum confirmat, & in Hetruſcâ diſciplinâ dicitur *atteſtatio* cùm ſecunda fulgura confirmant priora. In Medicinâ denique cùm ſecundùm ſignum confirmat primum. Quod ſi contrà, ſignum ſequens non addicat priori ſigno, dicetur *peremptorium ſignum* ex eadem Augulari & Hetruſcâ diſciplinâ. Eſt verò τέκμερσις generalius ſigno, σημείῳ dicto. Si alterum igitur ſignum ſequatur τεκμήριον aut τέκμερσιν, Ἐπισημασία eſt. Dicitur autem plauſus populi quo excipitur hiſtrio, *acclamatio* vulgi ad bonum dictum hiſtrionis. Cicer. ad Attic. & alii. Admonitus Joſ. Scaliger à Domiuo Ulmeau de loco Hippocr. initio

M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

lib de *victu acutorum* dixit τέκμερσιν eſſe propriè conjecturam ex ſigno ſumptam; rectè artificialis conjectura dici poteſt. Eſt autem nomen Ionicum, ut & verbum τεκμαίρομαι à quo derivatum eſt.

Τέλη *feſta* ſunt, omnem enim ſolennitatem, ut etiam epulum Græci vocabant τέλος. unde προτέλειος ἡμέρα *dies ante feſtum*.

Tertullianus ſemper in manibus habendus, accuratéque legendus eſt, tum propter linguæ Romanæ proprietatem, tum propter diſciplinarum ac litterarum omnium cognitionem; fuit enim Doctor omniſcius & argutus, qui illotis manibus tractandus non eſt, nec obiter legendus; ubique enim remoratur lectorem. Tertullianus certè excellentiſſimus auctor eſt in omnibus. Nemo eſt in tota Gallia, qui Tertullianum tam bene intelligat, & qui tam accuratè legerit, atque ego; hunc non legit Guerſenſius.

Θρεττάνελο Lyræ proprium verbum, ut *taratantara* tubæ ſonum vocabant. Veteres Romani dare ſtaticulos.

Θρόνος, propriè ὑποπόδιον.

Θίασος chorus ſacrorum barbarè: Unde qui ſimul communicant in cœna Domini, θιασῶται *conſentes* Latinè appellantur.

Tholus faſtigium rotundatum, convexum Græcis ἀέτωμα; quaſi dicas *aquilationem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Du-Tillet erat vir doctus, & qui omnes Bibliothecas Languedovii expilavit, ut Peliſſerius Bibliothecas Languedoc.

Tibia. incentiva dextra & acuta tibia incinit, ſuccentiva ſiniſtra graviſque tibia ſuccinit. Olim duabus tibiis ſimul utebantur; Martial.

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis,
Sæpe duas pariter, ſæpe monaulos habet.

Hoc etiam videtur in veteribus marmoribus Romæ. Dextra tibia erat acuta, ſiniſtra gravis. Comœdiarum cantica & modi diſtinguebantur pro argumentorum qualitate. Nam aut comœdia eſt motoria, aut ſtataria, aut miſta ex utroque. Si motoria, modi fiebant ad acutam tibiam, id eſt, dextram; quales ſunt Eunuchus & Adelphi. Si ſtataria, ad gravem, id eſt, ſiniſtram, ut eſt Heautontim. Si miſti argumenti comœdia, ad utraſque tibias fiebant, qualis eſt Hecyra. Hinc vides in inſcriptionibus Terentianis, modos fecit tibiis dextris, modos ſiniſtris. Accommodari poteſt ad Medicinam, cujus pars Chirurgia prima eſt & incentiva, ſuccentiva διαιτητική. Inde incentivum belli civilis, ἐνδόσιμον Græcè, bellum incendit.

Tollere gaudium alicui, Faire rire quelqu'un. Tollere proverbium, Faire dire le proverbe. Varro de Re Ruſtica. Catul.

Impia deriſi gentilis gaudia tollens.

Tractæ ſunt longæ illæ productiones lanæ, in quas ſcil. extenditur lana, cùm in lanificio netur ; ab eo paſtillos in longum productos in panificio *tractas* vocant ; ut contra, *offas*, paſtillos in rotundum glomeratos.

Τραγᾷν de vite propriè dicitur, quæ plures ramos inutiles producit, quaſi dicas *hircire*. Nihil aliud eſt quàm ſupervacua fertilitas lignorum, Plinio *nimia fertilitas*.

Tres nunc ſunt *Tragœdiæ* partes : ſed initio μονοειδὴς erat, & unam tantùm partem habebat, ei à Theſpide attributam. Æſchylus ſecundas partes addidit, & qui illas agebant δευτεραγωνισαὶ, ut & primi πρωταγώνισαι dicebantur. Demum Sophocles tertias ſuperaddidit, & qui illas agebant τριταγώνισαι, id eſt, hiſtriones tertiarum partium, vocabantur.

Τιμὴ apud Hom. *donum receptum*.

Τίμημα *ſponſio*. cùm petimus ab aliquo, que veux tu gager ? *Sacramentum*, ſponſio, quam deponebant apud Pontifices.

Τροχίσκος paſtillus, h. e. *un petit pain*.

Τροχὸς, trochus, quem verſabant pueri, erat circulus æneus, in quo erat annulus filo trajectus. Βέμβηξ *turbo*, Catullo turben, vulgò à nobis dicitur *Sabot*.

Tuffus veter. Lat. ſignificat lapidem poroſum & rarum, non quod Gallis *Tuffe*.

Turnebus vir maximus erat, doctiſſimuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

que, cujus Adverſaria, abortivum fœtum ſoleo nuncupare; potuit enim melius ſcribere. Agnoſcas tamen genuinũ partũ Turnebi.

Tympana ſunt propriè, les tabourins de la Deeſſe Cybele, ou des Rheiſtres; & quia intenduntur corio, ita dicuntur *les geſnes*; Latinis fidiculæ.

V.

V*Algus* qui extrorſus eſt tibiis diſtortis, ut cancri. Βλαισοὶ vari ſunt intus tibiis diſtortis. βρογχὸς qui eſt dentibus eminulis.

Vatablus, magnus in Hebræis, nec alius Chriſtianus in iis eo doctior.

Verbenas lana circâ ſceptrum aut virgam alligatas in manibus veteres ſupplices geſtabant. Verbenas hîc dico θαλλὲς, id eſt, frondes, ſcapos, ſummitates plantarum ſeu virgulta, Eæque, vocabantur Græcis ἱκετήεια, Latinis *velamenta ſupplicia*; geſtantes verò infulati & verbenati. Verbenata aqua, quâ lavamus pedes.

Veſcor folia, & Veſcor foliis, utrumque rectè. Varro pag. 79. lib. de Re R. his quæcumque jubentur veſcuntur, ut folia ficulnea, & vinacea; & Tibull. lib. 1.

——— Sic Phœbæas innoxia laurus
Veſcar & æternùm ſit mihi virginitas.

Unicum *Varronem* inter Latinos habemus, libris tribus de Re Ruſtica qui verè ac μεθοδικῶς philoſophatus ſit; imò nullus eſt Græcorum, qui tam bene, inter eos ſaltem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

qui ad nós pervenerunt. O excellens opus, ex quo qualia ejus reliqua erant opera conjectare quivis poteſt ! ſed quod mirum, non minus in poëſi valuiſſe, fragmenta poëmatum indicant.

Verſio. Nullus eſt in tota Gallia qui verſionis meæ ſtyli Sophoclenſis judicium ferre poſſit, adeo infelices ſumus ! nullus enim hodie ſtudet, unum Auratum excipio.

Veſalius ſolertiſſimus ac diligentiſſimus anatomes corporis humani inſtaurator, à Patre Jul. Scaligero non parùm laudatus.

Veſica. Magis ad loculos pertinent piſces, quàm ad veſicam, & potius marſupium domini exinaniunt quàm implent. *Ad veſicam* hîc eſt pour la gueulle, apud Varr. de Re Ruſt. Nam veſica ibi ſumitur pro alvo ; In ſatyris enim ſuis in eodem joco dixit, Hymenæus qui primo alvum lavere marſupio ſolet, id eſt, la mangeaille des nopces qui vuide bien le ventre, & eſt de grande dépenſe. Et alibi in ſatyris dixit, nobilius Philippeum quod in bulgam, id eſt burſam, quàm quod in veſicam indimus ; id eſt, nobilior eſt ea pecunia cui parcimus, quàm ea quam inſumimus.

Victorius Italorum doctiſſimus, & vir optimus ac fideliſſimus, cui multum debemus. Mox editurus eſt comm. in Politica Ariſt.

Viderit ipſe. Gr. apud Soph. in Trach. ἄνθρωπος, ὦ δέσποινα, ἐπιστήτω.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Viere calum, Græcis πλέκειν, c'eſt faire un panier. inde χοινοπλόκος funium tortor. Lat. *vietor*, oris, vimen; vitile Gr πλεκτόν. unde vitilia, Dioſcorid. lib. 4. cap. 146. de Ruſco.

Vinum θαλασσίτην Romani habebant in deliciis, adeo ut qui advecto per navigia carerent, demitterent illud in fundum piſcinarum in locis maritimis, ut videlicet quid marinum redoleret.

De *Virgilio* nunquam loquendum, nam omnes omnium laudes ſuperat.

Vitrum Latinè eſt quod Græcè ἰσάτις. Britanni vitro ſe inficiunt. Vitruu. lib. 9. Galli *Glaſtum* vocant; colebant eam herbam, quam hodie Lauracienſes Tectoſages in paſtillos digerunt, unde & paſtillum vocant *Paſtel*.

Vlularunt in bonam partem ſumitur, ut videre eſt apud Virg. *ſummoque Vlularunt vertice nymphæ*. Sic Sophocl. in Trachin. ἀνολόλυξον δόμοις ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς ὁ μελλόνυμφος. μελλόνυμφος dicitur Plauto *ſperatus*, Gall. *le fiancé*.

Volvam, id eſt, vulvam, omne involucrum veteres vocant; unde herba convolvolus dicta, & erica quædam volvox. Vulva muliebris dicta eſt κατ' ἐξοχήν, nam omnis ſaccus dicitur volva.

Volumen, pro libro, dictum eſt ab Epiſtolis antiquorum, qui eas plicabant in voluminum ſpeciem, nec unquam ſubſcrip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

tiones addebant; ſed ſimpliciter in capite litterarum: *Cicero Cæſari. S.* Cæſar Ciceroni. S. & ſimilia.

Nullum novi doctiorem in bonis litteris ipſo *Vineto*, qui ſolidior & doctior eſt in Mathematicis Peletario, in quibus tamen uterque magnus eſt. Porro Peletarius doctus eſt Medicus, varius & inconſtans in Religione.

Vives fallitur, dum in libello quodam Lucanum Virgilio præfert; ſed librum de Anima compoſuit, Patri meo Jul. Scaligero valde laudatum.

Hieronymus *Vida* excellentiſſimus Poëta, recentior cum ſequentibus, quorum nomina ſunt, Pontanus, Politianus, Sannazarius, Flaminius, Molſa, Baltazar Caſtilioneus, Naugerius, Bembus, Sadoletus; inter quos Marullum locum habere patiar. Ex Hollandia, Joannes Secundus Hagienſis. Goveanus, Beza in ſuis antiquis, nam nunc nihil præſtat ejuſmodi; Sammarthanus, Chriſtianus, Salmonius Macrinus.

Ὑπέκκαυμα nomen ab Ariſt. in Meteorogicis inventum, ut ἐντελέχεια quæ propriè verti nequit.

Ὑπὸ in compoſitione intendens ſignificatum, πειν**ᾶ**ν (Saint-Vertunien écrit πίνειν & ὑποπίνειν) eſurire ὑποπειν**ᾶ**ν fame mori. ποτεῖν bibere, ὑποποτεῖν inebriari.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 7